ITALA HIER.Is.12.(Migne,1865) act.13,46.

41(pg.430C)Vobis oportebat primum praedicari sermonem,quoniam autem avertitis nos,imus ad gentes.

43(pg.445B)Vobis primum oportuit praedicari sermonem Dei.

24.

ITALA HIER. Is. 16. (Migne, 1865) act. 13, 46.

57 (pg. 581A) Vobis quidem oportebat praedicari verbum Dei; sed quia indignos vos judicastis salute, ecce convertimur ad gentes.

17, 60 (pg. 610D) Vobis quidem oportuerat praedicari verbum: sed quia non recipistis salutem, ecce convertimur ad gentes.

B 347

ITALA HIER.Matth.1.(Migne,1866) act.13,46.

9(pg.60A)Vobis quidem oportebat praedicari verbum Dei;sed quoniam vos judicastis indignos salute,transgredimur ad gentes.

PG.13.

ITALA HIER.Orig.Ier.(Migne,1862) act.13,46.
hom.4.

2(pg.287A)Ad vos(-)erat missus sermo,sed quia indignos vos judicatis aeternae vitae,ecce convertimur ad gentes.

ITALA HIER.Iob(Migne,1866) act.13,46.

28(pg.739D)Vobis oportuerat primum verbum Dei loqui,sed quia indignos vos judicastis aeternae vitae,ecce convertimur ad gentes.

ITALA MIER.Marc.(Migne,1865) act.13,46.

11(pg.645B)Digne transferimur ad gentes,quia vos indignos judicastis audiendi verbum Dei.

ITALA HIER.nom.loc.(Migne,1865) act.13,46.

(pg.1358A)Vobis oportebat primum loqui verbum Dei,sed quoniam repulistis illud,etc.

ITALA ISID.gen.(Migne,1862) act.13,46.

22,3.(pg.254C)Quoniam indignos vos fecistis gratia Dei,ex hoc jam ad gentes ibimus.

67.

ITALA IVSTVS, cant. (Migne, 1848) act. 13, 46.

11. (pg. 966A) Vobis quidem oportebat praedicari verbum Dei, sed quoniam repulistis illud et indignos vos judicastis tanta salute, ecce convertimur ad gentes.

(630,16) vobis primum missum fuerat verbum dei; sed quoniam indignos vos iudicatis aeterna vita, ecce convertimur ad gentes.

(530,30) uobis quidem primum missum fuerat uerbum dei, sed quia indignos uos iudicatis aeternae uitae, ecce conuertimur ad gentes.

primum y* om L dei uerbum L

26 (562,27) uobis primum missum fuerat uerbum dei; sed quia indignos uos iudicatis aeterna uita, ecce conuertimur ad gentes,

(630,16) uobis primum missum fuerat uerbum dei; sed
quoniam indignos uos iudicatis aeterna ui-
ta, ecce conuertimur ad gentes.

ITALA ORIGENES, tract.2.(Batiffol,1900) act.13,46.

(pg.14,22)Vobis primum oportuerat praedicari verbum Dei, sed quia repulistis illud et indignos vos iudicastis, transferimus nos ad gentes.

(823C) quod aperte Paulus apostolus dicit: Vobis quidem missum est verbum hoc, sed quoniam repulistis illud, et indignos vos judicastis aeternae vitae, ecce convertimur ad gentes;

ITALA PROSPER.ps.103,3.(Migne,1861) act.13,46.

(pg.289B)Ad vos missi eramus; sed quia repulistis verbum Dei, imus ad gentes.

51.

ITALA PROSPER, prom. 2. (Migne, 1861) act. 13, 46.

23, 48. (pg. 795C) Vobis primo oportuit annuntiari verbum Dei: sed quoniam expulistis illud, nec vos dignos vitae aeternae judicastis, ecce convertimus nos ad gentes. (Lib. pl. adunting)

B 4347

Bachrens, 1920 CB

PG.12.

ITALA RUFIN-Orig.gen.(Migne,1862) act.13,46.
nom.13.

2(pg.232A) quoniam indignos vos fecistis gratiae Dei, ex hoc jam
ad gentes ibimus.

21.

ITALA RUFIN, psalm. 2. (Migne, 1849) act. 13, 46.

7 (pg. 652B) Vobis missum fuerat verbum Dei: sed quia indignos vos judicastis, ecce imus ad gentes.

ITALA HILARIUS.psalm.17.(Migne,1849) act.13,46.

13(pg.705B)Vobis primum oportuit praedicari regnum Dei, sed quia repulistis,et indignos vos fecistis vitae aeternae,ecce convertimur ad gentes.

ITALA RUFIN,psalm.17.(Migne,1849) act.13,46.

45(pg.711A) Vobis primum oportuit praedicari verbum Dei, sed quia repulistis istud,et indignos vos fecistis aeternae vitae:ecce convertimur ad gentes.

21.

ITALA AUPIN, psalm. 45. (Migne, 1849) act. 13, 46.

3(pg. 827C) Ad vos missi eramus: sed quia respuistis verbum Dei, imus ad Gentes.

I.

ITALA TERTULL. fug. (Oehler, 1853) act. 13, 46.

6(pg. 473) Vobis oportuit in primis sermonem dei tradi, sed quoniam repulistis eum nec dignos vos aeterna vita existimastis, ecce convertimus nos ad nationes.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 13,47.

(pg.1018) sic enim praecepit nobis Dominus:Posui te in lucem
Gentium,vt sis in salutem vsque ad extremum terrae.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.13,47.

(pg.376)ita enim mandatum dedit nobis dns ecce lumen posui
te super gentibus ut sint in salutem usquae ad ul-
timum terrae

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.13,47.

(pg.34)Sic enim praecepit nobis dominus Ecce posui te in lumen gentibus ut sis in salutem usque in extremum terrae.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.13,47.

(pg.30)Sic enim nobis mandauit dominus:posui te lumen gentibus,
ut sis in salutem usque ad ultimum terrae.

VL. LECT. GUELF.

ed. Dold, T.u.A. H.26-28(1936) Act.13,47.

pg.12 o: (Sic enim praecepit nobis dns pos)ui te in lu-
(cem gentium ut sis in salutem usque) ad ultimum
(terrae)

ITALA AVG.coll.Max.(Migne,1842) act.13,47.

5.(pg.711)Sic enim mandavit nobis Deus;(-)Posui te in lumen gentium.

ITALA AVG.unit.(Petschenig,1909) act.13,47.

11,30.(pg.270,3) sic enim praecepit nobis dominus:posui te lumen gentibus, ut sis in salutem usque in extremum terrae.

R 547m

ITALA - BARNAB.14.(Heer,1908) Is.49,6.
act.13,47.

8.(pg.80,2)Posui te in lucem nationum,ut sit sanitas tua usque in novissimum terrae,sicut dicit dominus qui te liberavit deus.

I.

ITALA CYPRIAN, test.1,21.(Hartel,1868) act.13,47.

(pg.57,7)sic enim dixit per scripturam Dominus: ecce lucem posui te inter gentes, ita ut sis in saluationem usque ad fines terrae. Lib. per Scripturas

sic...l. gentes om.W scripturas Mv ita ut sis it aut si sint A in om.A

R 547

GAU s 9,43 Act 13,47

(88,4oo) sic enim mandauit nobis dominus: Posui te in lucem gentium,ut sis in salutem usque ad ultimum terrae.

luce A

GAU s 8,39 Act 13,47

(72,327) sicut madatum est nobis.

ITALA HESYCHIUS, lev.7.(Migne,1865) act.13,47.

25(pg.1133A)sic enim praecepit nobis Dominus.

24.

ITALA HIER. Is. 3, (Migne, 1865) act. 13, 47.

6(pg. 1000)Sic enim praecepit nobis Dominus: Posui te in lucem gentibus, ut sis in salutem usque ad extremum terrae.

4, 11(pg. 154B)sicut praecepit nobis Dominus.

ITALA IVSTVS, cant. (Migne, 1848) act. 13, 47.

11. (pg. 966A) sic enim praecepit nobis per Scripturam Dominus:

ITALA PATRICIUS, conf. (White, 1905) act. 13, 47.

1, 11. (pg. 235) Et Dominus induxit super nos iram animationis suae
et dispersit nos in gentibus multis etiam usque ad
ultimum terrae

ITALA PATRICIUS,conf.(White,1905) act.13,47.

11,10.(pg.238)aepistola Christi,in salutem,usque ad ultimum ter
rae,etsi non deserta,sed ratum fortissimum scrip-
tum in cordibus uestris,non atramento sed Spiritu
Dei uiui.

ITALA PATRICIUS,conf.(White,1905) act.13,47.

38,1.(pg.247)Posui te lumen in gentibus ut sis in salutem usque
ad extremum terrae.

ep. 6,8.(pg.255)wiederholt: usque ad extremum terrae,

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 13,48.

(pg.1018) Audientes autem Gentes gauisae sunt,& glorificabant verbum Domini:& crediderunt quotquot erant praeordinati ad vitam aeternam.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.13,48.

(pg.376)Et cum audirent gentes.gauisae sunt et exceperunt
uerbum dni et crediderunt quodquo d erant in uitam
aeterna m *Lat: quaquaversum*

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.13,48.

(pg.34)Audientes autem gentes gavisae sunt,et glorificabant verbum domini,et crediderunt quotquot erant praeordinati in vitam aeternam:

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.13,48.

(pg.30)Et cum audirent gentes,gauisae sunt et receperunt uerbum domini et crediderunt omnes,qui destinati erant in uitam aeternam.

VL LECT. GUELF.

ed. Dold, T.u.A. H.26-28(1936) Act.13,48.

pg.12 o: (Cumque audis)sent gen(tes gauisae sunt et glorificabant) uerbum (dni et crediderunt quotquot erant praeordinati ad uitam aeternam)

10.

ITALA AVG.corr.(Migne,1842) act.13,48.

6,10.(pg.922)Audientes autem Gentes gavisae sunt,et excepe-
runt Verbum Domini,et crediderunt quotquot erant
ordinati in vitam aeternam?

L n,547

IV.

ITALA AVG.ep.217.(Goldbacher,1911) act.13,48.

27.(pg.423,2)qui ordinati erant in uitam aeternam.

10.

ITALA AVG.praed.(Migne,1842) act.13,48.

20,42.(pg.991)Crediderunt quotquot erant ordinati in vitam aeternam.

L 5,347

ITALA AV3.unit.(Petschenig,1909) act.13,48.

11,30(pg.270,6)audientes autem gentes perceperunt uerbum dei, et crediderunt quotquot erant destinati in uitam aeternam.

L4547m

10,2.

ITALA AVG.hypomn.6.(Migne,1842) act.13,48.

4,5(pg.1659)Et crediderunt(-)quotquot erant praeordinati ad vitam aeternam.

(161,24) quare praedicantibus Paulo et Barnaba, ut illi tantum crederent, qui praedestinati erant ad vitam aeternam.

barnaban P / praedistinati P

ITALA EPIPHAN.in cant.(Foggini,1750) act.13,48.

162.(pg.71)Et crediderunt quicumque erant praeordinati in vitam aeternam. Lb subscribunt

L 377

ITALA EPIPHAN.in cant.(Giacomelli 1772) act.13,48.

(pg.147) Crediderunt quicumque ordinati erant ad vitam aeternam.

ITALA EPIPHAN.in cant.(Giacomelli 1772) act.13,48.

(pg.155) credebant quotquot ordinati erant ad vitam aeternam.

ITALA GREG.M.I.reg.5.(Migne,1903) act.13,48.

4,59.(pg.394C)Credebant quotquot praedestinati erant ad vitam aeternam.

ITALA IGNAT.ep.Magn.(Zahn,1876) gen.22,18.
act.13,48.

10(pg.205,13)et in semine eius benedicti sunt omnes,qui in vitam aeternam deputati sunt in Christo.

-Funk-Diekamp,II.1913.(pg.129,2)

ITALA PROSPER,ep.(Migne,1861) act.13,48.

14,15.(pg.85C)Audientes autem gentes gavisae sunt,et glorificabant verbum Domini,et crediderunt quotquot erant praeordinati ad vitam aeternam.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 13,49.

(pg.1018) Disseminabatur autem verbum Domini per vniuersam regionem.

ITALA — Cod.d(Scrivener,1864) act.13,49.

(pg.376)Et prouulgabatur uerbum dni per omnem regionem

8 4347

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.13,49.

(pg.34)divulgabatur autem verbum domini per universam regionem.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.13,49.

(pg.30)Disseminabatur autem uerbum domini per uniuersam regionem.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 13,50.

(pg.1018) Iudaei autem concitauerunt mulieres religiosas,& honestas,& primas ciuitatis,& excitauerunt persecutionem in Paulum & Barnabam:& eiecerunt eos de finibus suis.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.13,50.

(pg.376)iudaei autem instigauerunt caelicolas mulieres honestas et principes ciuitatis et suscitauerunt tribulationem magnam et persecutionem super paulum et barnaba et eiecerunt eos de finibus eorum

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.13,50.

(pg.34)Iudaei autem concitaverunt colentes mulieres et honestas et primos civitatis,et suscitaverunt tribulationem et persecutionem in Paulum et Barnabam,et eiecerunt eos de finibus suis.

L 3478

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.13,50.

(pg.30)Iudei autem concitauerunt aliquas de colentibus deum mulieres honestas et principes ciuitatis,et suscitauerunt persecutionem in paulum et barnabam.Et eiecerunt eos a finibus suis.

ITALA PATRICIUS, conf. (White, 1905) act. 13, 50.

48, 7. (pg. 250) ne excitem illis et nobis omnibus persecutionem.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 13,51.

(pg.1018) At illi excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.13,51.

(pg.376)ad ill i excusso puluere de pedibus suis super eos
uenerunt in hiconio

-8347-

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.13,51.

(pg.34)At illis excusso pulvere de pedibus suis in eos venerunt in Iconium: Lb m, a p.

8547

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.13,51.

(pg.30)At illi excusso puluere a pedibus suis super eos uenerunt yconium.

ITALA HIER.nom.loc.(Migne,1865) act.13,51.

(pg.1361C)Iconium. vgl.act.16,2.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 13,52.

(pg.1018) Discipuli quoque replebantur gaudio, & Spiritu sancto.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.13,52.

(pg.376)discipuli uero inplebantur gaudio et spu sancto

R 5347

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.13,52.

(pg.34)discipuli autem inplevantar gaudio et spiritu sancto.

B-3547

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.13,52.

(pg.30)Discipuli uero replebantur gaudio et spiritu sancto.

23.

ITALA HIER.Didym.(Migne,1865) act.13,52.

8(pg.116B)Discipuli quoque replebantur gaudio et Spiritu sancto.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14,1.

(pg.1018) FActum est autem Iconij, vt simul introirent in synagogam Iudaeorum, & loquerentur, ita vt crederet Iudaeorum, & Graecorum copiosa multitudo.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,1.

(pg.376)Contigit autem ut iehonio similiter introire eos in
synagoga iudaeorum et loqui sic ad eos ita ut crede-
rent iudaeorum et grecorum copiosa multitudo

S=547

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,1.

(pg.34)Factum est autem in Iconio simul introire eos in synagogam Iudaeorum et loqui ad eos ita ut miraretur Iudaeorum et Graecorum copiosa multitudo et crederet.

S 547e

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,1.

(pg.30)Contigit autem ut yconio similiter introirent in synagogam iudeorum et loquerentur ita ut crederet iudeorum et grecorum copiosa multitudo.

ITALA Cod.p(Berger,1895). act.14-27.

(pg. om.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14,2.

(pg.1018) Qui vero increduli fuerunt Iudaei, suscitauerunt, & ad iracundiam concitauerunt animas Gentium aduersus fratres.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,2.

(pg.377)archisynagogae iudaeorum et principes synagogae incitauerunt persecutionem aduersus iustos et maletractauerunt animas gentium aduersus fratres dns autem dedit comfestim pacem

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,2.

(pg.34)Qui autem incredûli erant Iudaei,suscitaverunt persecutionem et ad iracundiam concitaverunt animas gentium adversus fratres deus autem pacem fecit.

B 348

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,2.

(pg.30)Iudei autem,qui non credebant,concitauerunt persecutionem et concitauerunt animas gentium aduersus fratres. Dominus autem cito dedit pacem.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14, 3.

(pg.1018) Multo igitur tempore demorati sunt, fiducialiter agentes in Domino, testimonium perhibente verbo gratiae suae, dante signa, & prodigia fieri per manus eorum.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,3.

(pg.377)plurimo ergo tempore commorati sunt habita fiducia
in dno qui testimonium perhibuit uerbo gratiae ip-
sius dans signa et portenta fieri per manus eorum

L E 348

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,3.

(pg.34)Multo igitur tempore demorati sunt ibi fiducialiter agentes in domino,testimonium perhibenti verbo gratiae suae,dante signa et prodigia fieri per manus eorum.

Lo prohibito

L 7,548

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,3.

(pg.30)Et cum multo tempore ibi demorati fuissent et confidentur egissent in domino,testimonium reddente uerbo gratiae suae dando signo et prodigia fieri per manus eorum.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14,4.

(pg.1018) Diuisa est autem multitudo ciuitatis: & quidam quidem erant cum Iudaeis, quidam vero cum Apostolis.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,4.

(pg.377)diuisa autem erat multitudo ciuitatis et al ii quid em erant cum iudaeis alii uero cum apostolis adherentes propter et uerbum di

B 4548

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,4.

(pg.34)Divisa est autem multitudo civitatis,et quidam erant cum Iudaeis,quidam vero cum apostolis.

L 4548

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,4.

(pg.30)Diuisa est multitudo tota ciuitatis et quidam quidem erant cum iudaeis,quidam uero cum apostolis.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14,5.

(pg.1018) Cum autem factus esset impetus Gentilium, & Iudæorum cum principibus suis, vt contumelijs afficerent, & lapidarent eos,

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,5.

(pg.377)ut autem factum est impetus gentilium et iudaeorum
cum magistribus ipsorum et iniuriauerunt et lapida-
uerunt eos *sub magistratibus ipsorum*

1

L E.548

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,5.

(pg.34)Cum autem factus esset impetus gentium autem et Iudaeorum cum principibus suis,et contumeliis adficerunt eos et lapidarent. Lab. adfligerunt

L.m,548t

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,5.

(pg.30)Cumque impetum fecissent gentiles et iudei cum principibus suis ut iniuriam illis facerent et lapidarent eos;

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,5.

(pg.116) Runt eos et lapidaũerunt

ITALA CASSIODOR, compl. in act. (Migne, 1847) 14,5.

32. (pg. 1392A) Cum autem factus esset impetus gentilium et Judaeorum cum principibus suis.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14, 6.

(pg.1018) intelligentes confugerunt ad ciuitates Lycaoniae Lystram, & Derben, & vniuersam in circuitu regionem, & ibi euangelizantes erant.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,6.add

(pg.377) intellexerunt et fugerunt in ciuitates lycaoniae in lystra et derben et circum totam regionem(7)et illic erant euangelizantes et commota est omnis multitudo in doctrinis paulus autem et barnabas moras faciebant in lystris

S.III,548

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,6.

(pg.35)intellegentes confugerunt in civitates Lycaoniae Lystran et Derben et circatoria tota et ibi erant.Adnuntiantes verbum dei et commota est omnis multitudo in doctrina eorum;Paulum autem et Barnabas morabantur.

Lib: Barbs autem

L 548

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) — act.14,6.

(pg.30)intellexerunt et fugerunt in ciuitates yconiae lystram et derben et confines regionis,ibique predicabant euangelium.

(pg.116) intellexerunt et fugerunt in lycaoniae ciuitates sicut ihs dixerat eis LXXII in lystra et derben et omnes confines regionis et bene nutiabant ut motum est omne genus in doctrina eorum paulus autem et barnabas commorabantur in lystris

Nb! ut:h[a] et.

ITALA HIER.nom.loc.(Migne,1865) act.14,6.

(pg.1360B)Derbem,civitas Lycaoniae provinciae.

(pg.1361D)Lycaonia

D)Lystra,civitas Lycaoniae.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14,7.

(pg.1018) Et quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex vtero matris suae, qui numquam ambulauerat.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,7(8).

(pg.377)et quidam uir sedebat adynatus a pedibus ab utero
matris suae qui num quam ambulauerat Lat. in pedibus

)

S.III,548

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,7. add.6.

(pg.35) In Lystris, et quidam vir infirmus pedibus sedebat, claudus ex utero matris suae, qui numquam ambulaverat.

L 548

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,7.

(pg.30)Et quidam uir lystris sedebat infirmus pedibus suis
ex utero matris suae qui nunquam ambulauit.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,7.

(pg.116) illic fuit quidam infirmus sedens languidus pedibus
qui a uente matris numquam ambulauerat habens timorem

Nb! h^{a} uentre.

ITALA | MISSALE Moz.(Migne,1850) | act.14,7.

(pg.606B)In illis diebus.Paulus et Barnabas commorabantur Listris.Et quidam vir in Listris infirmis pedibus sedebat claudus ex utero matris sue:qui nunquam ambulaverat.

ITALA MISSALE Moz.(Migne,1850) act.14,7.

(pg.723C) de quo claudus ex utero matris egressus:

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14,8.

(pg.1018) Hic audiuit Paulum loquentem. Qui intuitus eum, & videns quia fidem haberet vt saluus fieret,

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,8(9).

(pg.378)hic audiuit paulum loquentem possidens in timore intuitus autem eum paulum et uidens quia habet fidem ut saluus fiat

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,8.

(pg.35)Et hic audivit Paulum loquentem in qvem intuitus Paulus et videns qvoniam fidem habet ut salvus fieret,

Lib. Alexandr.?

B 5348

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,8.

(pg.30)Hic cum audisset paulum loquentem credidit.Quem cum intendisset paulus et uidisset quia habet fidem ut saluus fierɋt

(pg.116) hic libenter audiuit apostolos incipientes loqui intuitus est eum et cognobit populus quoniam haberet fidem ut salu^{ar}e^{t}ur

Nb! apostolos:h^{b} paulum. populus:h^{a} paulus.

ITALA MISSALE Moz.(Migne,1850) act.14,8.

(pg.606B)Hic audivit Paulum loquentem:qui intuitus eum et vidit quia haberet fidem:ut salvus fieret:

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14,9.

(pg.1018) dixit magna voce: Surge super pedes tuos rectus. Et exiliuit, & ambulabat.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,9(10).

(pg.378)dixit uoce magna tibi dico in nomine dni ihu xpi
surge supra pedes tuos rectus et ambula et statim
subito exiliuit et ambulabat

B 5,548

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,9.

(pg.35)ait magna voce Tibi dico in nomine domini nostri Ihesu Christi surge super pedes tuos rectus.Et protinus exilivit,et ambulabat.

Le548c

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,9.

(pg.30)uoce magna dixit:Surge super pedes tuos rectus.Et exiliit et ambulabat.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,9.

(pg.116) clamans dixit ei magna uoce tibi dico in nomine ihu nostri dni fili di surge supra pedes tuos rectus et amuula et ille infirmus exiliuit et ambulabat

ITALA MISSALE Moz. (Migne, 1850) act.14,9.

(pg.606C)dixit magna voce. Tibi dico surge super pedes tuos rectos. Et exilivit: et ambulavit.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14,10.

(pg.1018) Turbae autem cum vidissent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suam Lycaonicè dicentes: Dij similes facti hominibus, descenderunt ad nos.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,10(11).

(pg.378)turba autem uidens quod fecit paulus leuauerunt uocem suam lycaoni dicentes dii·adsimulati hominibus descenderunt ad nos

B 4348²

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,10.

(pg.35)Turbae autem videntes quod fecit Paulus,elevaverunt
vocem suam Lycaonice dicentes Dei similes facti ho-
minibus descenderunt ad nos.

S.M.548

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,10.

(pg.30)Turba autem cum uidisset,quod fecit paulus,eleuauerunt
uocem diaconicae (sic) dicentes:Dii similes facti homi-
nibus descenderunt ad nos.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,10.

(pg.116) et turbae uidentes quod fecit paulus adleuauerunt uocem lycaonicae dicentes dii adsimilauerunt se hominibus et descenderunt ad nos

5,1.

ITALA AVG.serm.273.(Migne,1342) act.14,10.

8,8(pg.1251) In Actibus Apostolorum cum magnum miraculum fecisset apostolus Paulus in Lycaonia,cives ejusdem regionis sive provinciae putaverunt deos descendisse ab homines.

CAr 2 Cor 6,8 Act 14,10

(568B) sed et dii nominati sunt.

ITALA MISSALE Moz.(Migne,1850) act.14,10.

(pg.606C) Turbe autem cum vidissent quod fecerat Paulus:levaverunt vocem suam Lycaonie dicentes.Dii similes facti hominibus descenderunt ad nos.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14,11.

(pg.1018) Et vocabant Barnabam Iouem, Paulum vero Mercurium: quoniam ipse erat dux verbi.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,11(12).

(pg.378)uocabant barnaban iouem paulum uero mercurium quoniam
ipse erat princeps sermonum

Sā,548

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,11.

(pg.35)Vocabant autem Barnaban qvidem Iobem,Paulum autem Mercurium,quia ipse erat dux verbi:

B m548e

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,11.

(pg.31) Vocabant autem barnaban iouem,paulum uero mercurium,
quoniam ipse proibat sermone.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,11.

(pg.116) et uocauerunt barnaban iouem populum autem mercurium quoniam ipse erat princeps uerborum.

Nb! populum:h^a paulum.

5,1.

ITALA AVG.serm.273.(Migne,1842) act.14,11.

8,8(pg.1251)et crediderunt esse Barnabam Jovem,Paulum autem Mercurium,quia ipse erat in sermone promptissimus.

ITALA GREG.M.moral.23.(Migne,1878) act.14,11.

15,28.(pg.267C)Ipse enim erat dux verbi.

ITALA MISSALE Moz.(Migne,1850) act.14,11.

(pg.606C)Et vocabant Barnabam Jovem:Paulum verò Mercurium: quoniam ipse erat dux verbi.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14,12.

(pg.1018) Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatem, tauros, & coronas ante ianuas afferens, cum populis volebat sacrificare.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,12(13).

(pg.378)sacerdotes autem qui erant iouis ante ciuitate tauros eis et coronas ad ianuas adferentes cum turba bolentes immolare

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,12.

(pg.35)sacerdos autem Iovis,qui erat ante civitatem illorum, taurus et coronas eis ad ianuas adferens,cum populis volebat sacrificare. Lib: Lamsdl.

L 548c

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,12.

(pg.31)Sacerdotes autem,qui erant iouis ante ciuitatem ad portam tauros et coronas afferentes illis cum turbis,uolebant sacrificare.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,12.

(pg.116) et ad portam erat sacerdos iouis tauros et diademata et coronas adduxit ad ianuas cum plebe uolens immolare

5,1.

ITALA AVG.serm.273.(Migne,1342) act.14,12.

8,8(pg.1251)Hoc credentes attulerunt vittas et victimas,et voluerunt illis offerre sacrificium.

ITALA MISSALE Moz.(Migne,1850) act.14,12.

(pg.606C)Sacerdos vero Jovis qui erat ante civitatem:tauros: et coronas ante januam afferens cum populo:volebat sacrificare.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14, 13.

(pg.1018) Quod vbi audierunt Apostoli, Barnabas, & Paulus, conscissis tunicis suis exilierunt in turbas clamantes,

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,13(14).

(pg.378)Cum audisset autem barnabas et paulus consc i derunt
uestimenta sua et exilierunt ad turbas clamantes

L 549

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,13.

(pg.35)Audientes vero apostoli Barnbas et Paulus,conscidentes
vestimenta sua exilierunt in turbam,clamantes

L=54f

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,13.

(pg.31)Quo audito barnabas et paulus consciderunt uestimenta
sua et exilierunt ad turbas clamantes:

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,13.

(pg.116) Et cum audissent paulus et barnabas ista consciderunt
su^{u}m uestimentum accurrentes ad plebem (14)et clamates

4,2.

ITALA AVG.ps.96.(Migne,1841) act.14,13.

12(pg.1245)Tunc Paulus et Barnabas conciderunt vestimenta sua,

5,1.

ITALA AVG.serm.273.(Migne,1842) act.14,13.

8,8(pg.1251)Illi continuo non irriserunt,sed expaverunt;vestimenta sua continuo conscciderunt,et dixerunt eis:.... siehe Vers 14.

ITALA MISSALE Moz.(Migne,1850) act.14,13.

(pg.606C)Quod ubi audierunt Apostoli Barnabas et Paulus conscissis tunicis suis exilierunt in turbas:clamantes

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14,14.

(pg.1018) & dicentes: Viri, quid haec facitis? & nos mortales
sumus, similes vobis homines, annunciantes vobis ab
his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit caelum,
& terram, & mare, & omnia quae in eis sunt:

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,14(15).

(pg.378)et uociferantes uiri quid haec facitis nos patientes
sumus uobis hominibus euangelizamus uobis dm ut ab
his uanis conuertamini ad dm uiuum qui fecit caelum
et terram et mare et omnia quae in eis sunt

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,14.

(pg.35)et dicentes Viri quid haec facitis?et nos mortales
similes sumus vobis homines,adnuntiantes vobis ut ab
his vanis converti ad deum vivum,qui fecit caelum et
terram et mare et omnia quae in eis sunt.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,14.

(pg.31)Viri,quid haec facitis? nos similiter passibiles ut
uos sumus homines annunciantes uobis ut ab his uanis
conuertamini ad deum uiuum,qui fecit celum et terram
et mare et omnia,quae in illis sunt,

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,14.

(pg.116) dicebant uiri quid haec facitis nos homines sumus uestri corporis nuntiantes uobis de his uanis Ut conuertamini ad eum qui fecit caelum et terra mare et omnia quae in eis sunt

ITALA AVG.anim.3.(VRBA&ZYCHA,1913) act.14,14.

11,15.(pg.372,3)qui fecit caelum et terram

4,2.

ITALA AVG.ps.96.(Migne,1841) act.14,14.

12(pg.1245)et dixerunt,Viri fratres,quid facitis? Et nos homines sumus passibiles,similes vobis.

4,2.

ITALA AVG.ps.143.(Migne,1841) act.14,14.

12(pg.1864)Quid hoc facitis? Homines et nos sumus passibiles, sicut et vos.

ITALA AVG.quaest.hept.2.(Zycha,1895) psalm.145,6.
act.14,14.
apoc.14,7.

54.(pg.124,28)deus qui fecit caelum et terram.

5.1.

ITALA AVG.serm.273.(Migne,1842) act.14,14.

8,8(pg.1251)(et dixerunt eis:)Fratres,quid facitis? Et nos sicut vos homines sumus passibiles:sed annuntiamus vobis Deum verum.Convertimini ab his vanis.

ITALA AVG.quaest.test.(Souter,1908) act.14,14.

25(pg.52,10) quid facitis? et nos homines sumus uobis similes,

ITALA PS.AVG.spec.56.(Weihrich,1887) act.14,14.

(pg.541,10) Nos similiter ut uos passibilas sumus homines, euangelizantes uobis deum,ut ab his uanis conuertamini ad deum uiuum,qui fecit caelum et terram,mare et omnia quae in eis sunt.

(113,2) ignorans uerum deum qui fecit caelum et terram et omnia quae in eis sunt:

uerum deum) uerbum dei WQR

ITALA IRENAEVS,3.(Stieren,1853) act.14,14.

12,9.(pg.487)Nos similes vobis sumus homines,evangelizantes vobis Deum,uti ab eis vanis simulacris convertamini ad Deum vivum,qui fecit caelum et terram et mare et omnia,quae in eis sunt;

ITALA MISSALE Moz.(Migne,1850) act.14,14.

(pg.606C)et dicentes.Viri quid hec facitis? Et nos mortales sumus:similes vobis homines:adnunciantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum:qui fecit celum et terram mare et omnia que in eis sunt.

[1]Act 14,14

(399/400) In hoc loco quaestio occurrit, qur apostoli sacrificia prohibuerunt, et vestimenta sua scindentes, abduxerunt eos a dispositio et molimine suo, et cum fletu clamabant, dicentes: Viri, quid haec facitis? similiter enim et nos homines passibiles sumus...

II.

ITALA PASSIO,Ignat.(Funk,1901) psalm.145,6.
mart.Latin. act.14,14.

2,4(pg.260,21)qui fecit caelum et terram,mare et omnia,quae
in eis sunt;

=Diekamp,II.1913.(pg.365,8)(et mare)

6,5(pg.265,25)qui fecit-eis sunt. =Diekamp,II.1913.(pg.371,15)

II.

ITALA PASSIO, Ignat. (Funk, 1901) psalm. 145, 6.
mart. Vat. act. 14, 14.

4, 5 (pg. 227, 1) qui fecit caelum et terram, mare et omnia, quae in iis sunt.

II.

ITALA PASSIO,Polycarp.(Funk,1901) psalm.145,6.
vit.& conv. act.14,14.

32,2(pg.335,21)qui creasti caelum et terram et mare et omnia,
quae in iis sunt;

-Diekamp,II.1913.(pg.449,28)

ITALA PROSPER,ep.(Migne,1861) act.14,14.

11,12.(pg.843) Viri fratres,quid haec facitis? Et nos mortales sumus,similes vobis homines,annuntiantes vobis ut ab his vanis convertamini ad Deum vivum,qui fecit coelum et terram,mare et omnia quae in eis sunt;

ITALA PROSPER, vocat.1.(Migne,1861) act.14,14.

5.(pg.651D)Et nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis converti ad Deum vivum, qui fecit coelum, et terram, et mare, et omnia quae in eis sunt.

ITALA PROSPER, vocat. 2. (Migne, 1861) act. 14, 14.

4. (pg. 690C) Viri, quid haec facitis? et nos mortales sumus similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit coelum, et terram, et mare, et omnia quae in eis sunt.

PS-Vig Var 1,22

62.

ITALA ~~Vigil.Th.Mar.I.~~ (Migne,1863) act.14,14.

22 (pg.368C) Annuntiamus vobis,ut ab iis vanis convertamini ad Deum vivum,qui fecit coelum et terram,mare et omnia quae in eis sunt.

adnuntiamus C his C

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14, 15.

(pg.1019) qui in praeteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,15(16).

(pg.378)qui in praeteritis saeculis sanauit omnes gentes ambulate uias suas [illegible]

B 4549

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,15.

(pg.35)qui in praeteritis generationibus dimisit omnes gentes
incredi per quias suas.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,15.

(pg.31)qui in praeteritis temporibus reliquit omnes gentes
ambulare uias suas.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,15(16).

(pg.116) qui praeteritis temporibus dimisi omni gentis hominum
ire in uiam suam

Nb! h uel h^{a} dimisit.

ITALA Cod.m(Belsheim;1899) Act.14,15.

(pg.21)Nos similiter et vos passibiles sumus homines evangelizantes vobis deum ut ab his vanis convertamini ad deum vivum qui fecit caelum et terram,mare et omnia quae in eis sunt.

(145,9) ego autem homo sum sicut et uos, ad hoc missus ut docéam uos recedere a simulacris quae sunt sine sensu, et colatis creatorem uestrum, unum qui in caelis est deum,

10.2.

ITALA AVG.hypomn.6.(Migne,1842) act.14,15.

3,4(pg.1659)in praeteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.

ITALA PS.AVG.spec.56.(Weihrich,1887) act.14,15.

(pg.541,13) qui in praeteritis generationibus reliquit omnes gentes ingredi itinera sua.

(161,22) quare, sicut in Actibus apostolorum legimus, in praeteritis generationibus dimiserit deus omnes gentes ingredi vias suas,

ITALA IRENAEVS, 3. (Stieren, 1853) act. 14, 15.

14, 9. (pg. 487) qui in praeteritis temporibus permisit omnes gentes abire vias suas.

S 549

54.

ITALA LEO.M.serm.12.(Migne,1881) act.14,15.

2(pg.170A)Qui in praeteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.

Lesung

ITALA MISSALE Moz.(Migne,1850) act.14,15.

(pg.606D)Qui preteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi in vias suas.

48 1
(~~334,12~~) viri quid hoc facitis nos homines sumus vestri similes;

PROS Gall 1,8 Act 14,R 75

(162B) Quare enim in praeteritis saeculis dimiserit Deus
omnes gentes ingredi vias suas,

ITALA PROSPER,ep.(Migne,1861) act.14,15.

11,12.(pg.84B)qui in praeteritis generationibus,dimisit omnes gentes ingredi vias suas.

51.

ITALA PROSPER, vocat.1.(Migne,1861) act.14,15.

5.(pg.652A)qui in praeteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas;

ITALA PROSPER, vocat.1.(Migne,1861) act.14,15.

11.(pg.663B)ingredi vias suas.

51.

ITALA PROSPER, vocat.1.(Migne,1861) act.14,15.

13.(pg.666A)anterioribus saeculis dimissas(-)omnes gentes ingredi vias suas.

LE 549

ITALA PROSPER, vocat. 2. (Migne, 1861) act. 14, 15.

4. (pg. 690C) qui in praeteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.

VULGATA HETZENAUER,1906. act. 14,16.

(pg.1019) Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens de caelo,dans pluuias,& tempora fructifera,implens cibo,& laetitia corda nostra.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,16(17).

(pg.379)et quidem non sine testimonio reliquid se ipsu bene-
faciens de caelo nobis imbres dans et tempora fruc-
tifera implens cibo et iucunditate corda uestra

L 549

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,16.

(pg.35)et quidem non sine testimonio semet ipsum reliquit benefaciens,de caelo vobis pluvias dans et tempora fructifera,inplens cibo et laetitia corda vestra.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,16.

(pg.31)Et quidem non sine testimonio semet ipsum reliquit bene-
faciens uobis e caelo dando pluuiam et tempora fructife-
ra replens cibo et epulis corda nostra.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,16(17)

(pg.116) et non intestabilem dimisit se sed magis benefecit
dans uobis plubiam das caelo et tempora fructuosa
adimplens cibo et iucunditate corda uestra·

ITALA Cod.m(Belsheim,1899) Act.14,16.

(pg.21)Qui in praeteritis generationibus reliquid omnes gentes ingredi itinera sua.

10,2.

ITALA AVG.c.Iul.op.imp.5.(Migne,1842) act.14,16.

64.(pg.1503)Neque enim sine testimonio reliquit semetipsum, dans(-)pluvias de coelo,et tempora fructifera, implens cibo et laetitia corda eorum.

ITALA PS.AVG.spec.56.(Weihrich,1887) act.14,16.

(pg.541,14) et quidem non sine testimonio semet ipsum reliquit,
bene faciens e caelo,dans uobis pluuiam aeternam
fructiferam,inplens cibo et laetitia corda uestra.

ITALA IRENAEVS, 3. (Stieren, 1853) act. 14, 16.

12, 9. (pg. 487) quamquam non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens, de caelo dans vobis pluvias et tempora fructifera, adimplens cibo et hilaritate corda vestra.

B 5349

ITALA LEO.M.serm.12.(Migne,1881) act.14,16.

2(pg.170B)Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit
benefaciens eis,de coelo dans pluviam et tempora
fructifera,et implens cibo et laetitia corda nostra.

Lab plus laetitia quam

ITALA MISSALE Moz.(Migne,1850) act.14,16.

(pg.606D)Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens:de celo dans pluvias et tempora fructifera:implens cibo:et leticia corda vestra.

ITALA PROSPER,ep.(Migne,1361) act,14,16.

11,12.(pg.84B)Et quidem non sine testimonio semetipsum relinquens,benefaciens eis,de coelo dans pluviam et tempora fructifera,implens cibo et laetitia corda vestra.

ITALA PROSPER, vocat. 2. (Migne, 1861) act. 14, 16.

4. (pg. 690C) Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens, de coelo dans pluvias et tempora fructifera, implens cibo et laetitia corda vestra.

LE 549

ITALA VERECUNDUS, cant. 2. (Pitra, 1858) act. 14, 16.

18. (pg. 21) Non semet ipsum reliquit absque testimonio, dans pluviam de coelo et fructus a terra,

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14,17.

(pg.1019) Et haec dicentes, vix sedauerunt turbas ne sibi immolarent.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,17(18).

(pg.379)et haec dicentes et conpescuerunt turbas ne sibi immolarent

L 7549

ITALA . Cod.e(Belsheim,1893) act.14,17.

(pg.35)Et haec dicentes vix sedaverunt turbas ne inmolarent
sivi.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,17.

(pg.31)Et haec dicentes uix conpescuerunt turbas,ne sibi immolarent.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,17(18).

(pg.116) et haec dicentes uix persuaserunt ne immolarent sibi
illi homines

ITALA Cod.m(Belsheim,1899) Act.14,17.

(pg.21)Et quidem non sine testimonio semet ipsum reliquid bene faciens e caelo,dans vobis pluviam aeternam fructiferam inplens cibo et laetitia corda vestra....

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14,18.

(pg.1019) Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudaei: & persuasis turbis, lapidantesq. Paulum, traxerunt extra ciuitatem, existimantes eum mortuum esse.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,18(19).

(pg.379)moras facientes eos et docentes superuenerunt autem
iudaei ab iconio et antiochia et cum istigassent tur-
bam et lapidassent paulum traxerunt extra ciuitatem
existimantes mortuum esse eum

L 7349

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,18.

(pg.35)Demorantibus autem eis et docentibus supervenerunt quidam ab Antiochia et Iconio Iudaei,et commoventes turbas et lapidantes Paulum traxerunt extra civitatem,aestimantes eum mortuum esse.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,18.

(pg.31)Superuenerunt autem ab antiochia et yconio iudei,qui
concitatis turbis lapidauerunt paulum et traxerunt ex-
tra ciuitatem aestimantes eum mortuum esse.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act›14,18(19).

(pg.116) et dimiserunt eos ab se et cum ibi commorarentur et docerent superuenerunt quidam iudaei ab iconia et antiochia qui palam disputabant uerbum di·persuadebant illis hominib· ne crederent eis docentibus dicentes quia nihil ueri dicunt sed in omnibus mentiuntur et concitaberunt turbam ut lapidarent paulum que trahentes foras extra ciuitatem putaberunt eum esse mortuum

ITALA CASSIODOR, compl. in act. (Migne, 1847) 14,18.

33. (pg. 1392C) Cumque ibi commorarentur et docerent, supervenerunt quidam ab Antiochia,

ITALA GREG.M.moral.31.(Migne,1873) act.14,18.

32,68.(pg.610C) Supervenerunt quidam ab Antiochia et Iconio Judaei,et persuasis turbis,lapidantes Paulum traxerunt extra civitatem,aestimantes eum mortuum esse.

ITALA HIER.nom.loc.(Migne,1865) act.14,18.

(pg.1358A)Antiochia

vgl.act.11,19.15,22.

VULGATA HETTENAUER,1906. act. 14,19.

(pg.1019) Circumdantibus autem eum discipulis,surgens intrauit
ciuitatem,& postera die profectus est cum Barnaba in
Derben.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,19(20).

(pg.379)circueuntes enim discipuli eius cum surrexisset introibit in lystram ciuitate et altera die exiuit cum barnaban derben [illegible]

Basug

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,19.

(pg.35)Circumdantibus eum discipulis eius surgens intravit in civitatem,et postera die profectus est cum Barnaba in Derbem.

Lāsvgē

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,19.

(pg.31)Et circumdatus a discipulis surgens intrauit in ciuitatem;altera autem die profectus est cum barnaba derben.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,19(20).

(pg.116) tunc circumdederunt eum dicentes et cum discessisset
populus uespere leuauit se et introiuit ciuitatem ly-
strum et altera die exibit cum barnaban in derben

ITALA GREG.M.moral.31.(Migne,1878) act.14,19.

32,68.(pg.610C) Circumdantibus autem eum discipulis,surgens intravit civitatem,et postero die profectus est cum Barnaba in Derben.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14,20.

(pg.1019) Cumq. euangelizassent ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam,

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,20.

(pg.31)Et cum in illa ciuitate praedicassent et docuissent
multos regressi sunt lystram et yconium et antiochiam

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,20(21).

(pg.379)Euangelizantes autem in illa ciuitate et discipulos
fecissent plures reuersi sunt lystram et iconium et
antiochiam

B-549

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,20.

(pg.35)Evangelizantes autem civitatem illam et docentes multos,
reversi sunt in Lystram et Iconium et Antiochiam,

L=5490

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,20(21)

(pg.117) et bene nuntiauit eis qui erant in ciuitate et docue-
runt multos tunc reuersi sunt lystra et iconium et an-
tiochiam

ITALA GREG.M.moral.31.(Migne,1878) act.14,20.

32,68.(pg.610C) Cumque evangelizassent civitati illi,et docuissent multos,reversi sunt Lystrum et Iconium et Antiochiam.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14, 21.

(pg.1019) confirmantes animas discipulorum, exhortantesq. vt permanerent in fide: & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,21(22).

(pg.379)confirmantes enim animas discipulorum exhortantes
ut permanerent in fidem et quia per multas conflic-
tationes oportet nos introire in regnum di

B549

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,21.

(pg.35)confirmantes animas discipulorum,exhortantes permanerent in fide et quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei.

Lausug

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.14,21.

(pg.31)confirmantes animas discipulorum exhortantes ut permanerent in fide et quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,21(22).

(pg.117) confortantes anias discentium et rogantes eos permanere in fide dicentes quia per multas tribulationes oportebit uos introire regnum di

Nb! uos:h^{b} nos.

(412,21) considerabat prnecepta ppostolica, quod per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei.

nos) ita A1.B3; om.rell.

5-11-45 B

V.

ITALA AMB.ps.118.serm.20. act.14,21.
(Potschenig,1913)

43.(pg.466,13)per multas (-) tribulationes oportet nos introire in regnum dei.

L.m.549

17.

ITALA AMBST.II.Cor.(Migne,1879) act.14,21.

(pg.307C)Per tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

L 549

ITALA AMB.virg.dev.(Migne,1879) act.14,21.

2(pg.601B)Quia per multas tribulationes nos oportet in regnum coelorum introire?

ITALA AMBST.Rom.(Migne,1879) act.14,21.

(pg.93B)Quoniam per tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

AN s Cas II,79 Act. 14, 21

(80b) Adtestante apostolo. quia per multas tribulationes oportet nos intrare inregnum dei.

ITALA ANON. comm. Prud. (Burnam, 1910) act. 14, 21.
ham.

792-93(pg. 80) Per multas tribulationes oportet nos intrare in
regnum caelorum.

ITALA AVG.cons.ev.2.(Weihrich,1904) act.14,21.

4,8.(pg.89,7)per tribulationem nos oportere intrare in regnum dei.

4,1.

ITALA AVG.ps.67.(Migne,1841) act.14,21.

24(pg.829)per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei:

3.2.

ITALA AVG.apoc.hom.2.(Migne,1841) act.14,21.

(pg.2421)per multas tribulationes intret in regnum coelorum.

6.

ITALA AVG.dilig.Deo (Migne, 1842) act.14,21.

16.(pg.861)Per multas(-)tribulationes oportet nos intrare in regnum coelorum.

ITALA AVG.quaest.test.(Souter,1908) act.14,21.

110,12(pg.275,25)quia per tribulationes oportet nos intrare
in regnum dei.

115,50(pg.334,24)wiederholt:quia-dei.

ITALA AVG. quaest. test. (Souter, 1908) act. 14, 21.
app.

83. (pg. 477, 10) per tribulationes (-) oportet nos intrare in regnum dei.

5,2.

ITALA AVG.serm.15.(Migne,1842) act.14,21.

4(pg.1771)Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

26,3(pg.1796)Per multas-Dei.

75,1(pg.1889)Per multas-regnum coelorum.

224,3(pg.2160)Per multas-Dei.

270,4(pg.2249)per multas-introire in regnum Dei?

HEA Apc 2,8,31 Act 14,21

(261) sicut scriptum est: oportet nos per multas tribulationes introire in regnum Dei.

nos) vos NP

GR-I arca ?

[BCN] 90 Act 14,21

(375,30) Oportet nos per multas tribulationes intrare in regnum Dei.

Vicedomnus des Papstes

(381,27) Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei;

CAE Apc 2 Act 14,21

(216,3) in quo populus christianus, sicut dicit apostolus, per multas tribulationes intrat in regnum caelorum.

in regna CR

CAE Cne 2,2 Act 14,21

(136,5) apostolus dixit: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum.

CAE mon Act 14,21

(155,5) quod apostolus dixit: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum.

CAE s 91,4 Act 14,21

(361,23) per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

CAE s 103,3 Act 14,21

(410,10) permultas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

(593,6) per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum.

caelorum) dei Z G^{B}

CAE s 162,1 Act 14,21

(628,11) per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

Vorlage war AU s 254

CAE s 182,4 Act 14,21

(701,33) quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei?

intrare $Q^{3.8}$

CAE s 215,4 Act 14,21

(813,4) per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

multas) + enim D

CAE s 233,7 Act 14,21

(883,23) per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum?

ITALA CAESARIUS,A.ep.(Max.Bibl.1677) act.14,21.

(pg.863B)Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum coelorum.

ITALA CAESARIUS, ep. 2. (Migne, 1848) act. 14, 21.

(pg. 1129C) Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum coelorum.

ITALA CAESARIUS, A.hom.18.(Max.Bibl.1677) act.14,21.

(pg.838B)Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum coelorum?

ITALA CAESARIUS,reg.mon.(Migne,1848) act.14,21.

26.(pg.1104B)Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum coelorum.

8.

.Max.Bibl.1677)pg.874H.

ITALA CAESARIUS, serm. (Migne, 1848) act. 14, 21.

(pg. 1122B) Per multas tribulatio es oportet nos intrare in regnum coelorum.

CAE ep 2,2 Act 14,21

(39,8) Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum.

ITALA CASSIAN, inst.4.(Petschenig,1888) act.14,21.

38.(pg.74,23)per multas tribulationes oportet nos intreire
in regnum dei:

ITALA EVCHERIVS, epitome 1. (Migne, 1865) act. 14, 21.

13(pg. 876C) per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum.

ITALA FAVST.REI.serm.10.(Engelbrecht,1891) act.14,21.

(pg.261,20)per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

ITALA FAVST.REI.serm.21.(Engelbrecht,1891) act.14,21.

(pg.307,21)per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

65.

ITALA FULG.R.ep.7.(Migne,1893) act.14,21.

12,16.(pg.358C)oportet nos per multas tribulationes introire in regnum Dei.

ITALA FULG.R.fid.cath.(Migne,1893) act.14,21.

4.(pg.710C)Quia per multas tribulationes et angustias oportet nos videre regnum Dei.

R.B.26.

ITALA GREG. Illib. arca Noe (Wilmart, 1909) act. 14, 21.

(pg. 9, 154) Oportet vos per multas tribulationes introire in regnum Dei.

ITALA GREG.Illib.cant.4.(Heine,1848) act.14,21.

(pg.160)oportet vos per multas tribulationes introire in regnum Dei.

Not.nos.

ITALA GREG.M.moral.10.(Migne,1902) act.14,21.

19,36.(pg.941C)Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei.

ITALA GREG.M.moral.31.(Migne,1878) act.14,21.

32,68.(pg.610C)confirmantes animas discipulorum.

ITALA GREG.M.I.reg.1.(Migne,1903) act.14,21.

1,31.(pg.38A) Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei.

GR-M ep. 5,42 Act 14,22.

(336,14) Per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

11-11-418

ITALA GREG.M.ep.5.(Migne,1896) act.14,21.

39.(pg.764B)Per multas(-)tribulationes oportet nos introire in regnum Dei.

79.

ITALA 7 GREG.M.I.reg.3.(Migne,1903) act.14,21.

4,13.(pg.191A)Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

ITALA GREG.M.I.reg.5.(Migne,1903) act.14,21.

3,12.(pg.345B)Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei.

ITALA HIER.ep.7.(Migne,1865) act.14,21.

5(pg.114B)Oportet vos per multas tribulationes introire in regnum coelorum.

ep.41,1(pg.291B)Oportet nos-regnum Dei.

III,1.

ITALA MIL.A.tract.(Spic.Casin.1897) act.14,21.

(pg.210a,33)per multas tribulationes,oportet nos intrare in regnum Dei';

III,1.

ITALA VIL.A.tract.(Spic.Casin.1897) act.14,21.

(pg.226a,25)per multas tribulationes.oportet nos introire in regnum Dei'.

ITALA ISID.synon.1.(Migne,1862) act.14,21.

27.(pg.834A)Oportet nos per multas tribulationes intrare in regnum Dei.

67.

ITALA IVSTVS, cant. (Migne, 1848) act. 14, 21.

9. (pg. 965B) Per multas(-) tribulationes oportet(-) intrare in regnum Dei.

ITALA LEO.M.serm.app.14.(Migne,1881) act.14,21.

6(pg.508A)Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

ITALA ØRIGENES, tract. 7. (Batiffol, 1900) act. 14, 21.

(pg. 81, 17) Oportet vos(-) per multas tribulationes introire in regnum Dei;

PRIM 2

Act 14,21

(846D) et per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

PRIM 2 Act 14,21

(853B) quod alibi legimus: Oportet nos per multas tribulationes in regnum Dei intrare?

51.

ITALA PROSPER, prom. 2. (Migne, 1861) act. 14, 21.

2, 3. (pg. 769C) per multas tribulationes oportet(-)intreire in regnum Dei.

L 2549

21.

ITALA RUFIN.psalm.59.(Migne.1849) act.14,21.

5(pg.883B)Per multas(-)tribulationes nos oportet intrare in regnum Dei.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 14, 22.

(pg.1019) Et cum constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino, in quem crediderunt.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) act.14,22(23).

(pg.379)Et cum ordinassent illis per ecclesias presbyteros orantes autem cum ieiunationibus commen dauerunt eos do in quem crediderunt

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.14,22.

(pg.36)Cum ordinassent autem illis maiores natu per ecclesiam orantes cum ieiunationibus,commendaverunt eos domino in quem crediderunt

ITALA Cod.g(Belsheim,1879). act.14,22.

(pg.31)Et cum ordinassent illis per singulas ecclesias presbyteros et orassent cum ieiunationibus commendauerunt eos domino,in quem crediderunt.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.14,22(23

(pg.117) et constituerunt eis maiores na

AM Ps 1,32,1. Act 14,22.

(27,26) per multas enim tribulationes oportet nos introire
in regnum dei

AN sen 9 Act 14,22

(pg.53)Ait autem paulus:Ad tribunal cesaris sto,ibi me oportet iudicium experiri.Iudeos non nocui sicut tu quoque melius nosti.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 25, 11.

(pg.1030) Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori: si vero nihil est eorum, quae hi accusant me, nemo potest me illis donare. Caesarem appello.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,11.

(pg.56)Si qvidem nocui aut dignum morte feci aliquid,non recuso mori;si vero nihil est eorum quae isti accusant me,nemo me potest illis donare;caesarem invoco.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,11.

(pg.54)Si enim noceo aut morte dignum aliquid admisi non excuso me morte dignum;si autem nichil est eorum,quae isti accusant aut dicunt de me,nemo me potest donare illis; cesarem appello.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 25,12.

(pg.1020) Tunc Festus cum concilio locutus, respondit: Caesarem appellasti? ad Caesarem ibis.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,12.

(pg.56)Tunc Festus conlocutus cum consilio respondit Caesarem invocasti,ad caesarem ibis. Latin

R 4582[c]

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,12.

(pg.54)Tunc festus cum consilio locutus ait:Cesarem appelasti,
ad cesarem ibis.

ITALA CASSIODOR, compl. in Act. (Migne, 1847) 25, 12.

62. (pg. 1402B) Quoniam appellasti Caesarem, ibis ad Caesarem.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 25,13.

(pg.1030) Et cum dies aliquot transacti essent: Agrippa rex, & Bernice descenderunt Caesaream ad salutandum Festum.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,13.

(pg.56)Diebus autem transactis aliquod Agrippa rex et Veronice
demorati sunt in Caesaream salutandum Festum.

Lib. aliq. Lat.

Lat. 581t

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,13.

(pg.54)Et cum dies multa transacti essent,agrippa rex et berenice descenderunt cesaream ad festum salutandum.

ITALA CASSIODOR, compl. in act. (Migne, 1847) 25, 13.

53. (pg. 1402B) Et cum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex et Beronices descenderunt Caesaream.

VULGATA HETZENAUER,1906. act. 25,14.

(pg.1030) Et cum dies plures ibi demorarentur,Festus regi indicauit de Paulo,dicens:Vir quidam est derelictus a Felice vinctus,

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,14.

(pg.56)Cum autem plures dies demorarentur ibi,Festus regi indicavit de Paul(o),dicens Vir quidam est derelictus a Felice vinctus. —

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,14.

(pg.54)Et cum demorarentur ibi dies plures festus indicauit
regi de paulo dicens:Et uir quidam relictus a felice
uinctus,

AM Ps 36 54. Act 25,14.

(112,9) uir quidam est relictus aFelice in custodia.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 25,15.

(pg.1030) de quo cum essem Ierosolymis, adierunt me principes sacerdotum, & seniores Iudaeorum, postulantes aduersus illum damnationem.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,15.

(pg.56)de quo,cum fuissem in Hierosolyma adierunt principes sacerdotum et seniores Iudaeorum,postulantes adversus eum iudicium;

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,15.

(pg.54)de quo cum affuissem hierosolimis adierunt me principes sacerdotum et seniores iudeorum postulantes aduersus eum ut dampnaretur.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 25, 16.

(pg.1030) Ad quos respondi: Quia non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem prius quàm is, qui accusatur, praesentes habeat accusatores, locumq. defendendi accipiat ad abluenda crimina.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,16.

(pg.56)ad quos respondi quia non est consuetudo Romanis donare aliquem hominem priusquam qui accusatur praesentes habeat accusatores et locum excusationis accipiat de crimine.

S 5,32[t]

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,16.

(pg.54)Ad quos respondi quia non est consuetudo romanis dampnare hominem in perditionem,priusquam is qui accusaretur habet accusatores praesentes et locum defendendi criminis accipiat.

I.

ITALA Coll.Avell.ep.46.(Günther,1895) act.25,16.
ZOS.

12.(pg.106,14) non est consuetudo Romanis dámnare aliquem hominem,priusquam is,qui accusatur,praesentes habeat accusatores locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

20.

ITALA EPIST.PONT.3.(Migne,1845) act.25,16.
ZOSIM.

5(pg.659A)Non est consuetudo Romanis,damnare aliquem hominem prius,quam is qui accusatur,praesentes habeat accusatores,locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

L III,582

VULGATA HETZENAUER,1906. act. 25,17.

(pg.1030) Cum ergo huc conuenissent sine vlla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali, iussi adduci virum.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,17.

(pg.56)Convenientium enim eorum in praesente sine ulla dilatione faciens sequenti die sedens pro tribunali iussi adduci virum;

Lc,582[e]

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,17.

(pg.54)Cum itaque huc uenisset sine ulla dilatione sequenti die sedi pro tribunali et iussi adduci uirum.

—

VULGATA HETZENAUER,1906. act. 25,18.

(pg.1030) De quo,cum stetissent accusatores,nullam causam deferebant,de quibus ego suspicabar malum:

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,18.

(pg.56)de quo stantes accusatores nullam culpam deferebant de quibus suspicabar ego malis.

Lm,512t

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,18.

(pg.54)De quo cum assitissent accusatores,nullam afferebant
causam malam sicut suspicabar.

VULGATA HETZENAUER,1906. act. 25,19.

(pg.1030) Quæstiones vero quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum,& de quodam Iesu defuncto,quem affirmabat Paulus viuere.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,19.

(pg.56)quaestiones vero quasdam de suas superstitione habebant adversus eum,et de quodam Hiesu defuncto,quem affirmabat Paulus vivere.

L 4573c

ITALA . . Cod.g(Belsheim,1879) act.25,19.

(pg.54)Quaestiones uero quasdam deferebant de sua religione
et de ihesu quodam defuncto quem dicebat paulus uiuere.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 25,20.

(pg.1030) Haesitans autem ego de huiusmodi quaestione, dicebam
si vellet ire Ierosolymam, & ibi iudicari de istis.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,20.

(pg.56)Aesitans autem ego de huiusmodi quaestione dicebam si vellet ire Hierosolyma et ibi iudicari de istis.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,20.

(pg.54)Hesitans autem ego de huiusmodi questionibus interroga-
ui si uellet ire hierosolimam et ibi iudicio contendere.

VULGATA HETZENAUER,1906. act. 25,21.

(pg.1030) Paulo autem appellante vt seruaretur ad Augusti cognitionem,iussi seruari eum,donec mittam eum ad Caesarem.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,21.

(pg.56)Paulo autem appellante servari eum in sebasti cognitionem,iussi servari eum donec remittam eum ad caesarem.

ITALA · Cod.g(Belsheim,1879) act.25,21.

(pg.54)Tunc paulus appellauit cesarem et petiit ût reseruaretur ad augusti cognitionem.Cumque eum non posset iudicare iussi eum reseruari ut remittam eum cesari.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 25, 22.

(pg.1030) Agrippa autem dixit ad Festum: Volebam & ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eum.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,22.

(pg.56)Agrippa autem ad Festum dixit Volebam et ipse hominem
audire Ad ille Cras,inquid,audies eum.

L 4,505

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,22.

(pg.54)Agrippa autem ad festum:Vellem et ipse hominem audire.
Cras,inquit,audies eum.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 25,23.

(pg.1030) Altera autem die cum venisset Agrippa & Bernice cum multa ambitione, & introissent in auditorium cum tribunis, & viris principalibus ciuitatis, iubente Festo, adductus est Paulus.

ITALA ,Cod.e(Belsheim,1893) act.25,23.

(pg.56)Crastina vero veniente Agrippa et Veronice cum multa ambitione et introinsent in auditorium cum tribunis et viris principalibus constitutis civitatis,et iubente Festo adductus est Paulus.

Lm.383[e]

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,23.

(pg.54)Altera autem die cum uenissent agrippa et beronice cum magna ambitione et intrassent in auditorium cum tribunis et uiris principalibus ciuitatis iussit festus adduci paulum,

ITALA Cod.s.(White,1897) act.25,23.
(Belsh.,1886)

(pg.15,1)cum uenisset agrippa et bernice cum multa ambitione
et introiissent in auditorium cum tribunis et uiris
principibus ciuitatis iussit festus adduci paulum

ITALA CASSIODOR, compl. in act. (Migne, 1847) 25, 23.

64. (pg. 1402C) Altera autem die, cum venisset Agrippa et Beronice cum multa ambitione.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 25, 24.

(pg.1030) Et dicit Festus: Agrippa rex, & omnes, qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Iudaeorum interpellauit me Ierosolymis, petentes, & acclamantes non oportere eum viuere amplius.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,24.

(pg.56)Et ait Festus,Agrippa rex et omnes qui simul adestis noviscum viri,videtis hunc de quo omnis multitudo Iudaeorum interpellaverunt mihi Hierosolymis exclamantes non oportere eum vivere amplius.

L 533

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,24.

(pg.54)et ait:Agrippa rex et omnes qui conuenistis nobiscum
uiri uidetis hunc uirum,de quo uniuersa multitudo iu-
deorum aduenit me hierosolimis et hi inclamantes,non
oportet eum uiuere.

ITALA Cod.s.(White,1897) act.25,24.
(Belsh.,1886)

(pg.15,5)/et ait/festus·agrippa rex et omnes qui adestis nobiscum uiri uidetis hunc de quo uniuersa multitudo iudaeorum adiit me hierosolymis et hic clamantes non oportet illum uiuere amplius

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 25, 25.

(pg.1030) Ego vero comperi nihil dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustum, iudicaui mittere.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,25.

(pg.57)Ego autem compertus nihil dignum eum morte egisse,ipso autem hoc invocante Augustum iudicavi mittere eum.

Lx383c

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,25.

(pg.54)Ego uero cum eum deprehendissem nichil morte dignum gessisse autem ipso appellante augustum iudicaui transmitti,

ITALA Cod. s. (White, 1897) act. 25, 25.
(Belsh., 1886)

(pg. 15, 11) ego uero cum deprachendissem illum et nihil morte
dignum gessesse hoc ipso autem appellante augustum
iudicaui mittendum.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 25,26.

(pg.1030) De quo quid certum scribam domino, non habeo. Propter quod produxi eum ad vos, & maxime ad te rex Agrippa, vt interrogatione facta habeam quid scribam.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,26.

(pg.57)De quo scribam domino non habeo;propter quod non habeo propter quod produxi eum coram vos et maxime ante te, rex Agrippa,ut interrogatione facta habeam quid scribam:

-L 14 575'

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,26.

(pg.55)de quo quid certum scribam domino non inuenio.Idcoque
produxi eum ad uos et maxime ad te,rex,ut interrogatio-
ne facta habeam quod scribam.

ITALA Cod.s.(White,1897) act.25,26.
(Belsh.,1886)

(pg.15,15)de quo quid certum scribam domino non habeo ideoque
produxi illum ad uos et maxime ad te rex agrippa.ut
interrogatione facta habeam quod scribam

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 25,27.

(pg.1030) Sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum, & causas eius non significare.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.25,27.

(pg.57)sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum et eas
qvae adversus eum sunt culpas non significare.

L m583t

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.25,27.

(pg.55) Iniustum enim michi uidetur mittere uinctum et causam eius non significare.

ITALA Cod.s.(White,1897) act.25,27.
(Belsh.,1886)

(pg.15,20)in (iustum enim mihi) uidetur mittere uinctum et eius causas non signi...

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,1.

(pg.1030) AGrippa vero ad Paulum ait:Permittitur tibi loqui pro temetipso.Tunc Paulus extenta manu coepit rationem reddere.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,1.

(pg.57)Agrippa autem ad Paulum ait Permittitur de te ipso
loqui.Tunc Paulus extensa manu rationem reddebat.

Lat.555e

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,1.

(pg.55)Agrippa autem ad paulum ait:Permittitur enim tibi rationem reddere de te.Tunc paulus extensa manu cepit rationem reddere dicens:

ITALA Cod.s.(White,1897) act.26,1.

(pg.16,1)extenta manu ...cens

ITALA CASSIODOR, compl. in act. (Migne, 1847) 26, 1.

65. (pg. 1402D) Agrippa vero ad Paulum aft.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,2.

(pg.1030) De omnibus, quibus accusor a Iudaeis, rex Agrippa, aestimo me beatum, apud te cum sim defensurus me hodie,

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,2.

(pg.57)De omnibus de quibus accusor a Iudaeis,rex Agrippa,
aestimo me ipsum beatum apud te incipiens rationem
reddere hodie,

B.M.383

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,2.

(pg.55)de omnibus quibus accusor a iudeis,rex agrippa,estimo
me beatum apud te incipiens rationem reddere hodie

ITALA Cod.s.(White,1897) act.26,2.

(pg.16,2)de omnibus qu....ḍaeis rex agrippa aestimo me beatū
...cum.....reddere

V.

ITALA AMB.ps.118.serm.9. act.26,2.
(Petschenig,1913)

15.(pg.198,2)de omnibus quibus accusor, rex Agrippa, a Iudaeis, aestimo me felicem apud te incipiens rationem reddere. Sub de his aestimo

I.

ITALA HIER.ep.57,1.(Hilberg,1910) act.26,2.

(pg.504,1)de omnibus,quibus accusor a Iudaeis,o rex Agrippa,aestimo me beatum,cum apud te sim hodie defendendus.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,3.

(pg.1030) maxime te sciente omnia, & quae apud Iudaeos sunt consuetudines, & quaestiones: propter quod obsecro patienter me audias.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,3.

(pg.57)maxime scientiam habenti omnium quae apud Iudaeos sunt,
consuetudinesqve et quaestiones:propter quod obsecro
patienter audire me:

L=585

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,3.

(pg.55) cum maxime cognitos hos mores et sectam et questiones legis,qui apud iudeos sunt propter quod deprecor patientiam audias me.

I.

ITALA HIER.ep.57,1.(Hilberg,1910) act.26,3.

(pg.504,4)qui praecipue nosti cunctas,quae in Iudaeis sunt, consuetudines et quaestiones.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,4.

(pg.1030) Et quidem vitam meam a iuuentute, quae ab initio fuit
in gente mea in Ierosolymis, nouerunt omnes Iudaei:

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,4.

(pg.57)Et quidem vitam meam ab initio iuventutis factum in
gente mea in Hierosolymis,noverunt omnes Iudaei,

La fin ego fecit

LXXV[c]

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,4.

(pg.55)Vitam quidem meam ex iuuentute,qui fuit in gente mea
hierosolimis sciunt omnes iudei,

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,5.

(pg.1030) praescientes me ab initio(si velint testimonium perhibere)quoniam secundum certissimam sectam nostrae religionis vixi Pharisaeus.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,5.

(pg.57)praescientes me ab initio,si velint testimonium perhibere,quia secundum certissimam sectam nostrae religionis vixi farisaeus.

Lagrv^{t}

ITALA, Cod.g(Belsheim,1879) act.26,5.

(pg.55)qui ab initio me nouerunt,si uellent testimonium perhibere quia secundum certissimam sectam nostrae religionis semper uixi phariseus,

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,6.

(pg.1030) Et nunc in spe, quae ad patres nostros repromissionis facta est a Deo, sto iudicio subiectus:

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,6.

(pg.57)Et nunc in spe quae ad patres nostros repromissio facta est a deo,sto iudic/an(dus).

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,6.

(pg.55)et nunc in spe quae ad patres nostros facta est repromissio a deo sto et iudicor,

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,7.

(pg.1030) in quam duodecim tribus nostrae nocte ac die deseruientes, sperant deuenire. De qua spe accusor a Iudaeis, rex.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26.7.

(pg.57)in quam duodecim tribus nostrae ex tenecitate nocte
ac die deserviens sperat devenire:de qua spe accusor
ab Iudaeis,rex.

L 14,584

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,7.

(pg.55)in quam XII tribus nostrae instanter nocte ac die deseruiunt in spe peruenire,de qua spe nunc accusor a iudeis.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,8.

(pg.1030) Quid incredibile iudicatur apud vos, si Deus mortuos
suscitat?

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,8.

(pg.57)Quid incredivile iudicatur apud bos si deus mortuos
suscitat?

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,8.

(pg.55)Quid incredibile iudicatuò apud uos,si dominus mortuos
suscitat?

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,9.

(pg.1030) Et ego quidem existimaueram, me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,9.

(pg.57)Ego quidem existimavi me ipsum adversus nomen Hiesu
Nazoraei deve(re) multa contraria agere;

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,9.

(pg.55)Ego quidem putaui me aduersus nomen ihesu nazareni debere multa aduersa agere.

VULGATA HETZENAUER,1906. act. 26,10.

(pg.1030) quod & feci Ierosolymis,& multos sanctorum ego in carceribus inclusi,a principibus sacerdotum potestate accepta:& cum occiderentur,detuli sententiam.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,10.

(pg.57)quod et feci in Hierosolymis,et multos sanctorum ego
in carceribus conclusi,a principibus sacerdotum pote-
state accepta,cum occiderent autem detuli sententiam,

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,10.

(pg.55) quod et egi hierosolimis et multos sanctos in carceribus reclusi potestate accepta a principibus sacerdotum et cum occiderentur sententiam tuli;

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,11.

(pg.1031) Et per omnes synagogas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare: & amplius insaniens in eos, persequebar vsque in exteras ciuitates.

ITALA - Cod.e(Belsheim,1893) act.26,11.

(pg.57)et super omnes synagogas frequenter puniens eos compellebam blasfemare,et amplius etiam insaniens eos persequebar usque et inter exteras civitates.

Lect. et ampliusque fyfol. Mediolan.

Lucas

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,11.

(pg.55)et per omnes synagogas frequenter puniens eos cogebam blasphemare et habundanter insaniens in eis persequebar usque in ciuitates quae foris sunt.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,12.

(pg.1031) In quibus dum irem Damascum cum potestate,& permissu
principum sacerdotum,

ITALA - Cod.e(Belsheim,1893) act.26,12.

(pg.57)In quibus introiens in Damascum cum potestate et permissione principum sacerdotum,

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,12.

(pg.55)in quibus cum irem damascum cum potestate prouocatione principum sacerdotum,

ITALA CASSIAN, Nest. 3. (Petschenig, 1888) act. 26, 12.

6, 1. (pg. 266, 23) dum irem Damascum cum potestate et permissu
principis sacerdotum,

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26, 13.

(pg.1031) die media in via, vidi, rex, de caelo supra splendorem
solis circumfulsisse me lumen, & eos, qui mecum simul
erant.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,13.

(pg.57)die media per viam vidi,rex,de caelo super splendorem solis circumfulsisse me lumen et eos qui mecum ambulabant,

R 4574e

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,13.

(pg.55)die media in uia uidi,rex de celo splendorem solis circumfulsisse me luce et eos qui mecum ibant.

ITALA CASSIAN,Nest.3.(Petschenig,1888) act.26,13.

6,1.(pg.266,24)die media in uia uidi,rex,de caelo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen et omnes qui simul mecum erant,

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,14.

(pg.1031) Omnesq.nos cum decidissemus in terram, audiui vocem loquentem mihi Hebraica lingua: Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,14.

(pg.57)omnibusqve procidentibus nobis in terram,audivi vocem loquentem ad me Hebraica lingua Saule Saule,quid me persequeris? durum tibi est contra stimulum calcitrare.

Pr,584

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,14.

(pg.55)Et cum omnes procidissemus in terram pro timore audiui uocem loquentem ac dicentem michi hebraica lingua:Saule,saule quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcem mittere.

ITALA CASSIAN,Nest.3.(Petschenig,1888) act.26,14.

6,1.(pg.266,27)omnesque nos cum decidissemus in terram,audiui uocem dicentem mihi Hebraica lingua:Saule Saule, quid me persequeris? durum tibi est contra stimulum calcitrare.

Obiges Zitat bruchstückweise wiederholt:

Saule Saule,quid me persequeris?(pg.267,7.268,9)

(32k,14) durum ipsis adversus stimulos calcare:

HI ep 121,6,16 Act 26,14

(25,8) Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare. Zitat aus Theophil Antioch

tibi est AD
stimulo ¶ a.c.-los B

ITALA IGNAT.ep.Philad.(Zahn,1876) act.26,14.

8(pg.241,6)Durum est enim,contra stimulum calcitrare.

-Funk-Diekamp,II.1913.(pg.187,11)

ITALA LVCIFER,non parc.28.(Hartel,1886) act.9,4.
26,14.

(pg.270,24)quid me persequeris? ego sum Iesus quem tu persequeris.durum est tibi calcem mittere contra stimulum.

ego - persequeris om.Y

MAR-M in CO 1,5 Act 26,14

(44,27) durum est tibi contra stimulum calcitrare.

(NEST s)

ITALA NESTORIANA C.18.(Loofs,1905) act.26,14.

(pg.312,4)durum est tibi contra stimulum calcitrare.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,15.

(pg.1031) Ego autem dixi: Quis es Domine? Dominus autem dixit:
Ego sum Iesus, quem tu persequeris.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,15.

(pg.58)Ego autem dixi Quis es,domine? Dominus autem dixit ad me Ego sum Hiesus quem tu persequeris.

L 4,584

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,15.

(pg.56)Ego enim sum ihesus nazareus,

ITALA CASSIAN,Nest.3.(Petschenig,1888) act.26,15.

6,1.(pg.267,1)ego autem dixi:quis es,domine? dominus autem dixit ad me:ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris.

Obiges Zitat bruchstückweise wiederholt:

ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris.(pg.267,9.268,11)

VULGATA HETZENAUER,1906. act. 26,16.

(pg.1031) Sed exurge,& sta super pedes tuos:ad hoc enim apparui tibi,vt constituam te ministrum,& testem eorum,quae vidisti,& eorum,quibus apparebo tibi,

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,16.

(pg.58)Sed exsurge et sta super pedes tuos:ad hoc enim apparui tibi constituere te ministrum et testem eorum quae vidisti et eorum quae vidisti et eorum quibus apparebo tibi,

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,16.

(pg.56)sed surge,sta super pedes tuos;in hoc enim apparuit tibi ut constituerem te ministrum et testem eorum quae uidisti et quorum tibi apparebo

16.

ITALA AMB.spir.s.3.(Migne,1880) act.26,16.

22,167(pg.849A)Ad hoc enim tibi visus sum,ut constituerem te
ministrum et testem quibus vidisti me,et in
quibus visurus es.

8.

ITALA AVG.trin.13.(Migne,1842) act.26,16.

15,19.(pg.1029)Ad hoc enim tibi apparui,ut constituam te ministrum et testem eorum quae a me vides,quibus etiam praeco tibi.

VULGATA HETZENAUER,1906. act. 26,17.

(pg.1031) eripiens te de populo,& gentibus,in quas nunc ego mitto te,

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,17.

(pg.58)eripiens te de populo et gentibus,ad qvos ego mitto
te

—

Lat 334c

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,17.

(pg.56)et eripiens te de plebe et de gentibus in quas te ego
mitto

8.

ITALA AVG.trin.13.(Migne,1842) act.26,17.

15,19.(pg.1029)liberans te de populo et de gentibus,in quas ego mitto te

(pg.1031) aperire oculos eorum, vt conuertantur a tenebris ad lucem, & de potestate satanae ad Deum, vt accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter sanctos per fidem, quae est in me.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,18.

(pg.58)aperire oculos caecorum,ut convertantur de tenebris
in luce et de potestate satanae ad deum,ut accipiant
eis remissionem peccatorum et sortem inter sanctos
omnes fide quae est in me.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,18.

(pg.56)aperire oculos eorum ut auertantur a tenebris de potestate sathane ad dominum,ut accipiant remissionem peccatorum et sortem inter sanctos per fidem,que in me est;

ITALA AVG.trin.13.(Migne,1842) act.26,18.

15,19.(pg.1029)aperire oculos caecorum,ut avertantur a tenebris,et a potestate satanae ad Deum,ut accipiant remissionem peccatorum,et sortem quae in sanctis,et fidem quae in me est.

Gm,384

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,19.

(pg.1031) Vnde rex Agrippa, non fui incredulus cælesti visioni:

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,19.

(pg.58)Unde,rex Agrippa,non fui incredulus caelisti visione

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,19.

(pg.56)rex agrippa,non fui incredibilis celesti uisioni

ITALA CASSIODOR, compl. in act. (Migne, 1847) 26, 19.

66. (pg. 1403A) Unde, rex Agrippa, non fui incredulus caelesti visioni.

30.

ITALA HIER.I.Cor.(Migne,1865) act.26,19.

1(pg.745D)Non fui incredulus coelesti visioni.

FEL 1 Cor 1,1 Act 26,19

(128,6) non fui incredulus caelesti uisioni.

eingeleitet: sicut ait in Actibus Apostolorum:

uisione H(-SC) G*

FZL Gal 1,16 Act 26,19

(310,9) caelesti incredulus non fui uisioni,

cv ñ f. inter. cael. uis. Cas ‖ inserui B

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26, 20.

(pg.1031) sed his, qui sunt Damasci primum, & Ierosolymis, & in omnem regionem Iudaeae, & Gentibus annunciabam, vt poenitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna poenitentiae opera facientes.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,20.

(pg.58)sed eis qui sunt in Damasco primum et his qui in Hierosolymis in omnem qvidem regionem Iudaea et gentibus adnuntiabam paenitentiam agere et reverti ad deum,digna qvoqve paenitentiae opera facientes.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,20.

(pg.56)sed damasco primum et in hierosolimis et in omnem regionem iudeae et gentibus annunciaui,ut penitentiam agent et conuertentur ad deum digna penitentiae opera facientes.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.26,20.

(pg.119) Ciuitatibus praedicabi peniteri et reuerti ad dm digna opera penitentiae agentes

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26, 21.

(pg.1031) Hac ex causa me Iudaei, cum essem in templo, comprehensum tentabant interficere.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,21.

(pg.58)Propter haec Iudaei me conprehendentes cum essem in templo,temptabant interficere.

L4575[c]

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,21.

(pg̃.56)Hac ex causa cum essem in templo iudei conprehendentes me temptabant occidere.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.26,21.

(pg.119) horum causa me iudaei cum essem in templo conprahenderunt et negare conati sunt

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26, 22.

(pg.1031) Auxilio autem adiutus Dei vsque in hodiernum diem sto, testificans minori, atque maiori, nihil extra dicens quàm ea, quae Prophetae locuti sunt futura esse, & Moyses,

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,22.

(pg.58)Auxilio qvoqve nanctus qvae deo usque in hunc diem sto
testificans minori ac maiori,nihil extra dicens ea quae
profetae locuti sunt futura esse et Moses,

Lat. Auxilium igitur consecutus de Deo, usque

Lit 515c

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,22.

(pg.56) Auxilio autem dei usus sto usque in hunc diem testificans pusillo et magno.Nichil extra dicens quamquam prophetae dixerunt futura esse.Scriptum est enim in moyse.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.26,22.

(pg.119) cum ergo auxilium di sim confisus esto indicans maiori
ac minori nihil amplius dicens qua quae profetae dixe-
runt futura esse scriptum est enim in moysen

ITALA Cod.s.(White,1897) act.26,22.
(Belsh.,1886)

(pg.19,1).....testificans /maiori et minori/ nihil extra dicens quā ...profetæ locuti sunt futura esse et moses

16.

ITALA AMB.off.2.(Migne,1880) act.26,22.

10,53(pg.124D)Usque in hunc diem sto protestans minori ac
majori.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26, 23.

(pg. 1031) si passibilis Christus, si primus ex resurrectione
mortuorum, lumen annunciaturus est populo, & Gentibus.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,23.

(pg.58)si passibilis Christus,si primus ex resurrectione mortuorum lumen incipiet adnuntiari populo et gentibus.

Leb:adquintare

R.4515t

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,23.

(pg.56)Si passibilis christus,si primus ex resurrectione mortuorum lumen erit annunciaturus plebi et gentibus.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.26,23.

(pg.119) si passiuilis xps ex resurrexione mortuorum lux annuntiabit plebi et gentib.

ITALA Cod.s.(White,1897) act.26,23.
(Belsh.,1886)

(pg.19,4)si passibilis xp̄s si primus ex resurrectione mortuorum
lumen adnuntiaturus .....

17.

ITALA AMBST. I. Cor. (Migne, 1879) act. 26, 23.

(pg. 278D) Si passibilis Christus, si prior surgens ex mortuis,

ITALA IGNAT.ep.Tars.(Zahn,1876) act.26,23.

3(pg.211,2)si enim passibilis(-)Christus,si primus ex mortuis resurrexit,

-Funk-Diekamp,II.1913.(pg.135,23)

Anglo-Lat.(Diekamp,II.1913)

3,1(pg.302,24)Si passibilis(-)Christus,si primus ex resurrectione mortuorum;

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,24.

(pg.1031) Haec loquente eo & rationem reddente Festus magna voce dixit: Insanis Paule: multae te litterae ad insaniam conuertunt.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,24.

(pg.58)Haec autem loquente eo et respondente Festus magna voce
ait Insanis,Paule:multae te litterae ad insaniam conver-
tunt.

B 4585 e

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,24.

(pg.56)Haec loquente et rationem reddente paulo festus magna
uoce ait:Insanis,paule,multae te litterae ad insaniam
conuertunt.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.26,24.

(pg.119) et cum haec loqueretur orauit exclamauit festus et dixit insanisti paule insanisti multe te littere in insaniam conuerterunt

ITALA Cod.s.(White,1897) act.26,24.
(Belsh.,1886)

(pg.19,8)....rationem reddente.....

17.

ITALA AMBST.II.Cor.(Migne,1879) act.26,24.

(pg.339C)Paule(-)Paule,multae litterae te faciunt exordem?

Lib. Retract: PP. emendem, et [illegible]

L m,575

Sp.R.9.

ITALA AMON.Gloss.app.(Mai,1843) act.8,11.26,24.

1483(pg.77)amenticus,a,um. Dementasset,id est mentis diminutionem fecisset,vel amenticos.Et rursus.Insanis,Paule, id est amenticus es.

CAEL in CO 1,2 Act 26,24

(96,10) ad insaniam multarum peruenit itinere litterarum.

≠ (CAEL ep 25)

ITALA CASSIODOR, compl. in act. (Migne, 1847) 26, 24.

66. (pg. 1403A) Insanis, Paule, mentemque tuam lectio multa confundit

ITALA HIER.comm.(Morin,1895) act.26,24.

(pg.45,14)Insanis,Paule,insanis.

ITALA HIER. Rufin 1. (Migne, 1865) sect. 26, 24.

17 (pg. 430A) Insanis Paule, insanis: multae te litterae ad insaniam convertunt.

I.

ITALA PAVL.NOL.ep.30.(Hartel,1894) act.26,24.

1.(pg.262,9)multae litterae te ad insaniam perduxerunt.

L 5,585ⁿ

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26, 25.

(pg.1031) Et Paulus: Non insanio ('inquit) optime Feste, sed veritatis, & sobrietatis verba loquor.

ITALA - Cod.e(Belsheim,1893) act.26,25.

(pg.58)Paulus autem Non insanio,inquid,optime Feste,sed veritatis et sobrietatis verba mitto.

L.N.585

ITALA : Cod.g(Belsheim,1879) act.26,25.

(pg.56)At ille:non insanio,inquit,optime legate,sed ueritatis et sobrietatis uerba emitto.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.26,25.

(pg.119) qui respondit ei non insanio optime legate sed magis
ueritatis et sapientiae uerba emitto

VULGATA HETZENAUER,1906. act. 26,26.

(pg.1031) Scit enim de his rex,ad quem & constanter loquor:latere enim eum nihil horum arbitror.Neque enim in angulo quidquam horum gestum est.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,26.

(pg.58)Scit enim de istis rex,apud quem etiam fiducialiter
loquor:lat̨er(e) enim eum aliqvid orum non conicior
nihil autem est in angulo gestum hoc.

Sab: Nihil enim est in angulo gestum ejus hoc.

Lat 333t

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,26.

(pg.56)Scit enim de his rex,apud quem et constanter loquor;
nichil enim ex his latere cum credo;non enim est in
angulo aliquid horum gestum.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.26,26.

(pg.119) scit autem omnib·de istis rex apud quem loquor nihil
enim horum eum latet

ITALA Cod.s.(White,1897) act.26,26.
(Belsh.,1886)

(pg.19,17).....enim in angulo quicquam horum gestum est

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,27.

(pg.1031) Credis rex Agrippa prophetis? Scio quia credis.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,27.

(pg.58)Credis,rex Agrippa,profetis? Scio quia credis.

Ls: Kunzel

L 4535e

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,27.

(pg.56)Credis,rex agrippa,prophetis? scio credis.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.26,27.

(pg.119) credis rex agrippa profetis scio quia credis

ITALA Cod.s.(White,1897) act.26,27.
(Belsh.,1886)

(pg.19,18)credis rex agrippa profetis scio quia credis

V.

ITALA AMB.ps.118.serm.9. act.26,27.
(Petschenig,1913)

15.(pg.198,5) credis, rex Agrippa, prophetis? scio quia credis.

L 4505

17.

ITALA AMBST.Gal.(Migne,1879) act.26,27.

(pg.386A)Scio,rex Agrippa;credis prophetis,scio quia credis.

S.M.575m

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26, 28.

(pg.1031) Agrippa autem ad Paulum: In modico suades me Christianum fieri.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,28.

(pg.58)Agrippa autem ad Paulum ait In modico me suadis Christianum fieri.Paulus autem --- Sub suades

L 515

ITALA. Cod.g(Belsheim,1879) act.26,28.

(pg.56) Agrippa autem ad paulum dixit:In modico me suades christianum fieri.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.26,28.

(pg.119) agrippa ad eum ait modico suades mihi paule xpianum
fieri

ITALA Cod.s.(White,1897) act.26,28.
(Belsh.,1886)

(pg.19,20)agrippa autem ad paulum dixit in modico me suades xp
ianū fieri

ANI s 7 Act 26,28

(513) In modico me suades Christianum fieri.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26, 29.

(pg.1031) Et Paulus: Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.26,29-32.

(pg.58) om. Lat. Rubo autem ... Haec ubi audivit dixerunt
[illegible] Ac unde Lectionem suam ad hoc ad verum usque 26 capitis 29. versus addita est ex manus

L 4585 Ox

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,29.

(pg.56)At ille:Opto apud deum et in modico et in magno non solum te,sed et omnes,qui me audiunt hodie,fieri tales qualis ego sum exceptis uinculis his.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.26,29.

(pg.119) ad quem sic ait orarem dm et in modico et in magno non solum te sed et istos qui me audiunt omnes fieri tales qualis ego sum exceptis uinculis istis

ITALA Cod.s.(White,1897) act.26,29.
(Belsh.,1886)

(pg.19,22)et paulus opto .....qui audierunt me hodie
fieri tales qualis et ego sum exceptis his uinculis.

ITALA Cod.e(Belsheim,1893) act.27.

(pg.58) om. Lat. N. 45 cap. 16.

Lat. 385

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26,30.

(pg.1031) Et exurrexit rex, & praeses, & Bernice, & qui assidebant eis.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,30.

(pg.56)Et surrexit rex et legatus et beronice et qui sedebant cum eis.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.26,30.

(pg.119) et cum haec dixisset exurrexit rex et legatus et omnes assentiebant eis

ITALA Cod.s.(White,1897) act.26,30.
(Belsh.,1886)

(pg.20,3)tunc surrexit rex et legatus et bernice et qui sedebant cum illis

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 26, 31.

(pg. 1031) Et cum secessissent, loquebantur ad inuicem, dicentes: Quia nihil morte, aut vinculis dignum quid fecit homo iste.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,31.

(pg.56)et secederent loquebantur inter se dicentes,quia nichil
dignum morte aut uinculis homines isti faciunt.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.26,31.

(pg.119) et secesserunt praefantes inter se de eo dicentes nihil mortem dignum uel uinculorum homo iste fecit

ITALA Cod.s.(White,1897) act.26,31.
(Belsh.,1886)

(pg.20,5)et sedentes loquebantur ad inuicem dicentes.(quia nihil) morte aut uinculis dignum gessit homo iste.

VULGATA HETZENAUER,1906. act. 26,32.

(pg.1031) Agrippa autem Festo dixit:Dimitti poterat homo hic,
si non appellasset Caesarem.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.26,32.

(pg.56)Agrippa autem festo dixit:Dimitti potuit hic homo,si
non appellasset cesarem.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.26,32.

(pg.119) respondit autem rex agrippa dimitti poterat homo iste
si non appellauit caesarem et ita legatus mitti eum
ad caesarem iudicauit

ITALA Cod.s.(White,1897) act.26,32.
(Belsh.,1886)

(pg.20,8)agrippa autem /festo/dixit dimitti potuit iste homo ex uinculis si non appellasset caesarem.

(512) ipsoque dicente Festo, Absolvi poterat homo iste, nisi appellasset:

ITALA CASSIODOR, compl. in act. (Migne, 1847) 26,32.

67. (pg. 1403B) Agrippa autem Festo dixit. (-) Poterat homo iste dimitti, si non appellasset ad Caesarem.

ITALA HIER. Philem. (Migne, 1866) act. 26, 32.

(pg. 653B) si non appellasset Caesarem.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,1.

(pg.1031) VT autem iudicatum est nauigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis custodijs centurioni nomine Iulio cohortis Augustae.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,1.

(pg.56)Vt autem iudicatum est mitti nos in italiam uocauit centurionem cohortis italiae nomiñe iulium et assignauit ei paulum cum reliquis custodiis.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.27,1.

(pg.120) Et in crastinum uocabit centurionem quenda nomine iulium et tradidit ei paulum cum ceteris custodiis

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,1.
(Belsh.,1886)

(pg.20,11)Et cum iudicatum esset ut nauigaremus in italiã
tradidit paulum et alios uinctos centurioni nomine
iulio cohortis augustae·

ITALA HIER.nom.loc.(Migne,1865) act.27,1.

(pg.1361C)Italia.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27, 2.

(pg.1031) ascendentes nauem Adrumetinam, incipientes nauigare
circa Asiae loca, sustulimus, perseuerante nobiscum
Aristarcho Macedone Thessalonicensi.

ITALA Cód.g(Belsheim,1879) act.27,2.

(pg.57)Incipientes autem nauigare in italiam intrauimus nauem adrummitinam,quae in locis asiae nauigatura erat;nauigabat autem nobiscum aristarchus macedo thessalonicensis.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.27,2.

(pg.120) cum coepissemus nauigare ascendimus in naue adrumeti-
nam ascendit autem nouiscum et aristarchus macedo

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,2.
(Belsh.,1886)

(pg.20,15)iste intrauit in nauem adrymetinã quae nauigatura
erat in asiae loca nauigauimus·erat autẽ nobisc^{u}m
aristarchus macedo tessalonicenses.

ITALA HIER.nom.loc.(Migne,1865) act.27,2.

(pg.1361A)Hadrumetus.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,3.

(pg.1031) Sequenti autem die deuenimus Sidonem. Humane autem tractans Iulius Paulum, permisit ad amicos ire, & curam sui agere.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,3.

(pg.57)Et altera die deuenimus sidonem et humane agens iulius
centurio cum paulo permisit ei ire ad amicos et curam
sui habere.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.27,3.

(pg.120) uenimus autem sidonae et humanae attractans paulum
ille centurio permisit amicis qui ueniebant ad eum
uti curam eius agerent

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,3.
(Belsh.,1886)

(pg.20,20)sequenti autẽ die deuenimus sidonem·et humane agens
iulius cum paulo permisit ei ad amicos ire et curam
sui habere·

ITALA HIER.nom.loc.(Migne,1865) act.27,3.

(pg.1364B)Sidon.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,4.

(pg.1031) Et inde cum sustulissemus, subnauigauimus Cyprum, propterea quòd essent venti contrarij.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,4.

(pg.57)Et inde profecti pernauigauimus cyprum quia uenti contrarii erant.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.27,4.

(pg.120) inde autem nauigantes legimus cyprum eo quod contrari erant uenti

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,4.
(Belsh.,1886)

(pg.20,24)et inde pro/fecti/ nauigauimus cyprum eo quod uenti
essent aduersi

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,5.

(pg.1031) Et pelagus Ciliciae, & Pamphyliae nauigantes, venimus
Lystram, quae est Lyciae:

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,5.

(pg.57)Et cum pernauigassemus mare,quod secundum ciliciam est
et pamphiliam,deuenimus lystram que est liciae.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.27,5.

(pg.120) et post haec nauigantes sinum cilium et pamphilium
pelagu diebus xu·deuenimus myra lyciae

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,5.
(Belsh.,1886)

(pg.21,2)et progressi in mare quod secundum ciliciam est et pampyliam enauigas semus deuenimus ly^{s}tram quae est (lisiae)

ITALA HIER.nom.loc.(Migne,1865) act.27,5.

(pg.1361D)Lycia,provincia Asiae.

(pg.1364C)Et pelagus Ciliciae et Pamphyliae navigantes venimus in Smyrnam Lyciae.Pro quo aliqui codices habent:Venimus in Lystram,quae est in Cilicia.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,6.

(pg.1031) & ibi inueniens centurio nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam, transposuit nos in eam.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,6.

(pg.57)Et inuenit ibi centurio nauem alexandrinam nauigantem
in italiam et inposuit nos in eam.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.27,6.

(pg.120) et inuenit naue alexandrinam centurio ille nauigantem
in italia inposuit nos

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,6.
(Belsh.,1886)

(pg.21,6)et inuenit ibi centurio nauem alexandrinam nauigantē
in italiam et inposuit nos in ea·

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,7.

(pg.1031) Et cum multis diebus tardi nauigaremus, & vix deueni-
semus contra Gnidum, prohibente nos vento, adnauigaui-
mus Cretae iuxta Salmonem:

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,7.

(pg.57)Pluribus autem diebus tarde nauigantes uix deuenimus
contrac nidum(!),et non admittente nos uento pernaui-
gauimus cretam per salmonem,

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.27,7.

(pg.120) et cum tarde nauigaremus per aliquos dies uenimus gnidum (8)et inde cum tulissemus legentes creten

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,7.
(Belsh.,1886)

(pg.21,8)et cum multis diebus tarde nauigaremus et uix (deueni-
mus cum uenti) essent contrarii.....

ITALA HIER.nom.loc.(Migne,1865) act.27,7.

(pg.1359B)Creta.

(pg.1360B)Cnidus.

(pg.1364D)Salmon,civitas maritima Cretae insulae.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,8.

(pg.1031) & vix iuxta nauigantes, venimus in locum quendam, qui
vocatur Boniportus, cui iuxta erat ciuitas Thalassa.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,8.

(pg.57)et cum uix colligeremus eam,uenimus in locum,qui dicitur bonus portus,iuxta quos erat ciuitas talassa.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.27.8.

(pg.120) deuenimus in portum bonum ubi anchis ciuitas erat

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,8.
(Belsh.,1886)

(pg.21,16).....boni portus iuxta qu...tas talassa

ITALA HIER.nom.loc.(Migne,1865) act.27,8.

(pg.13613)pro qua quidam corrupte Thalassa legunt.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,9.

(pg.1031) Multo autem tempore peracto, & cum iam non esset tuta
nauigatio, eo quòd & ieiunium iam praeterijsset, conso-
labatur eos Paulus,

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,9.

(pg.57)Multo autem tempore peracto et cum iam incerta esset
nauigatio propter quod et ieiunium transisset,horta-
batur eos paulus

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.27,9.

(pg.120) et cum plures dies illic fecissemus et iam esset periculosa nauigatio eo quod et ieiunium transisset accesit paulus

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,9.
(Belsh.,1886)

(pg.21,18)...tempore ..... tuta nauigatio.....

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,10.

(pg.1031) dicens eis: Viri, video quoniam cum iniuria, & multo damno non solum oneris, & nauis, sed etiam animarum nostrarum incipit esse nauigatio.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,10.

(pg.57)dicens:Viri,uideo quod cum iniuria et multo detrimento non tantum oneris et nauis,sed etiam animarum nostrarum erit futurum.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.27,10.

(pg.120) dicen^{s} uiri ^{ui}deo nos cum iniuria multa et iactura non tantum nauis sed et animaru nostrarum nauigare incipere

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,10.
(Belsh.,1886)

(pg.21,21).....uiri uideo quia cum (iniuria et multo) detrimento non.... et nauis sed etiam ....pit /esse/ nostra nauigatio

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,11.

{pg.1031} Centurio autem gubernatori & nauclero magis credebat, quàm his, quae a Paulo dicebantur.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,11.

(pg.57)Centurio autem gubernatori et magistro nauis magis credebat quam his quae a paulo dicebantur.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.27,11.

(pg.120) gubernator autem et magister nauis cogitabant nauigare

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,11.
(Belsh.,1886)

(pg.22,1)centurio autem gubernatori et magistro nauis credebat quam his quae a paulo dicebantur

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,12.

(pg.1032) Et cum aptus portus non esset ad hiemandum, plurimi statuerunt consilium nauigare inde, si quomodo possent, deuenientes Phoenicen, hiemare, portum Cretae respicientem ad Africum, & ad Corum.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,12.

(pg.57)Et quia non erat aput portus ad hyemandum plures consilium facerent ut leuarent inde,si quomodo possent phoenicen deportari,hyemare in littore crete respicientem contra affricam et chorum.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.27,12.

(pg.120) si forte possen^{t} uenire phoenicem in portum qui est
cretae consetiebat illis magis centurio quam paulis
uerbis

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,12.
(Belsh.,1886)

(pg.22,4)et q^{u}ia non erat aptus portus ad hiemādum plures abuerunt consiliū ut eleuarent inde si quomodó possent deportati in fenicē hiemare in Ƥittore cretae·respicientē contra africum et contra chorū

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27, 13.

(pg. 1032) Aspirante autem Austro, aestimantes propositum se tenere, cum sustulissent de Asson, legebant Cretam.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,13.

(pg.57)Flante autem euro putantes propositum consilium se tenere leuantes iuxta colligebant creten.

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.27,13.

(pg.120) et dum flat auster tulimus celerius et sublecebamus

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,13.
(Belsh.,1886)

(pg.22,11)Flante autem austro existimantes propositum consilium
se tenuisse eleuantes de asso sublegebant cretam.

ITALA CASSIODOR, compl. in act. (Migne, 1847) 27, 13.

68. (pg. 1403C) Aspirante autem austro aestimantes propositum se tenere.

VULGATA KETZENAUER, 1906. act. 27, 14.

(pg.1032) Non post multum autem misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,14.

(pg.57)Non post multum autem misit se super eam uentus typho-
nicus,qui uocatur euroaquilo

ITALA Cod.h(Buchanan,1907) act.27,14-28,31.

(pg.120) om.

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,14.
(Belsh.,1886)

(pg.22,14)descendit autē uentus uehemens typhonicus qui uocatur euroaquilo

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,15.

(pg.1032) Cumq.arrepta esset nauis,& non posset conari in ventum,data naue flatibus,ferebamur.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,15.

(pg.57)et arrepta naui cum non possent contra resistere uento
se tradiderunt.

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,15.
(Belsh.,1886)

(pg.22,16)(et cum ab)repta esset nauis (nec) potuit resistere
uento laxantes ferebamur

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,16.

(pg.1032) In insulam autem quandam decurrentes, quae vocatur Cauda, potuimus vix obtinere scapham.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,16.

(pg.57)Percurrentes autem insulam,quae apellatur caudae,uix ualuimus obtinere scapham.

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,16.
(Belsh.,1886)

(pg.22,19)in nsulam autem quãdam decurrentes quae uocatur cauda uix ualuimus obtinere scafam

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,17.

(pg.1032) Qua sublata, adiutorijs vtebantur, accingentes nauem, timentes ne in Syrtim inciderent, summisso vase sic ferebantur.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,17.

(pg.57)quam auferentes adiutorio utebamus succingentes nauem.
Timentes autem ne in syrtem incideremus uas quoddam dimiserunt,quod traheret,

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,17.
(Belsh.,1886)

(pg.22 22)qua sublata adiutoriis utebamur succingentes nauem.
Et timentes ne in syr.. inciderent depositis uelis
ferebantur.

ITALA HIER.nom.loc.(Migne,1865) act.27,17.

(pg.1364D)Syrtes.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,18.

(pg.1032) Valida autem nobis tempestate iactatis, sequenti die iactum fecerunt:

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,18.

(pg.58)uento autem ualido instante et tempestate subsequenti
autem die iactum fecerunt

ITALA — Cod.s.(White,1897) (Tisch.,1847) — act.27,18.

(pg.23,2)et cum uehementum faceremus tempestatem sequenti die iactum faciebant.

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,19.

(pg.1032) & tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,19.

(pg.58)et tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt
in mare.

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,19.
(Tisch.,1847)

(pg.23,4)et tertia die manibus suis armaturam nauis proiece-
runt in mare

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27, 20.

(pg.1032) Neque autem sole, neque sideribus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat spes omnis salutis nostrae.

ITALA Cod.g(Belsheim,1879) act.27,20.

(pg.58)Persuerante autem tempestate et neque sole neque stellis apparentibus per plurimos dies omnis spes nobis auferebatur uitae.

ITALA Cod.s.(White,1897) act.27,20.
(Tisch.,1847)

(pg.23,6)neq.sole neq.stellis apparentibus per multos dies·et
hieme ac tempestate nimia perseuerante iam amputabatur
spes omnis liberandi nos·

PEL 2 Cor 11,25 cf. Act 27,20

(296,4) cum nauem in profundum tempestate deductam mole fluctuum operiri putaremus.

naue G | profundo H_4 | temp. $\overline{\text{um}}$.V Cas | deductam SR^{a} | operire SRMVGV Cas |

VULGATA HETZENAUER, 1906. act. 27,21.

